





1. Drejeri f. Chr. / diff. de Conver-  
sione Iudeorum, Regiomonti  
1691.
2. Ecclestein / Gottlieb f. summi Drei  
Magnatissimum, ex Gener. III.  
v. 22. contra Iudeos, Wittenbergae  
1685.
3. Edzardi f. Sebast. / diff. ex Philo-  
logia Hebraica, Wittenbergae  
1695.

<sup>論</sup>  
*DISPUTATIO EXEGETICO-*  
*THEOLOGICA,*  
DE  
**EXPULSIONE**  
**PRINCIPIS MUNDI,**

JOH. XII, 31.

*Novitiam personati CEPHÆ exegesin  
destruens,*

Qvam,

CONSENSU BENEVOLO MAXIME VENERABILIS FACUL-  
TATIS THEOLOGICÆ,

PRÆSIDE

**HERM. CHRISTOPH.**  
**ENGELEKEN**

PHIL. & SS. TH. DOCT. HUJUSq; PROF. PUBL. ORD.

NEC NON AD ÆDEM JOH. PAST.

IN ALMA ROSTOCHIENSI

*ejusque*

*Auditorio Majori,*

*horis antemeridianis soliti, Anno Christi MDCCXX. die XXVI. Junii*

*publicæ placidæque oīgōloz, lōw discussioni*

*exponit*

**LEONH. BRANDANUS WILLE,**  
GEDANENSIS.

ROSTOGHII, Typis Joh. Wepplingi, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.

6

DIPUTATIO EXCELESTIA  
THEOLOGICA

EXPOSITIO  
HIERONIMI  
HIERONIMI

vol. IX

HIERONIMI

IN ALIA

LEONII HIERONIMI AUSILLI

בָּרַת

## PRÆFAMEN.



Ucem haud pridem , Anno nimivum supra millesimum & septingentesimum, decimo octavo, Budifice adspexit scriptum quoddam, *Heudavūpās* sub nomine Cepha editum , sequentique ornatum Rubro : Schriftmässige Ausführung / das unter dem Wort: die Welt und der Flüst der Welt resp. das Judenthum/ nebst seiner Synagoge, in heiliger Schrift öfters / und sonderlich in dem loco Joh. XII. v. 31. Jetzt gehet das Gericht über die Welt / nun wird der Flüste der Welt ausgestossen werden/ zu vertheben sey. Autorem illius Opusculi generoso natum esse sanguine, ac Consiliarii aulici jubare coruscare , premissa loquitur D.N. DAVIDIS CHRISTOPHORI SCHULERI Epistola, qua nova Expeditio insigni maclatur encyclo. Palmarius qvonam tandem scopus, ex solius rubri penitiori consideratione hanc obscure patescit. Demonstratus nempē personatus est Cephas in loco Joh. XII. v. 31, quo Princeps mundi memoratur, mundi vooabulo non nisi Judæorum Gentes, voce vero: Princeps mundi, non Diabolus, sed Synagogam, vel Primores Judæorum, indigitari. Etsiam si autem nulli dubitemus, qm generosus DN. Autor non ex mero novitatis pruritis, qm hodie antiquæ veritatis in dubium vocari, lacefisi, ac qvoris modo de ponte precipitari solent, specimen suum exegeticum excluderit; sed ex praeconcepta potius opinione, qvaf dictum citatum haciemus nondum recte sit intellectum, maturas suppetias ferre, ac genuinum Scriptura sensum hic aperire voluerit. Quo accedit aliud DN. Autoris suppositum, hoc rediens, sola sua interpretatione, veluti clavi exoptata, integrum Johannis Apocalypsin felicissime reservari posse, absque ea vero cuncta densissimis tenebris obiecta ac obscurissima manere. Vid. Tract. cit. p. 88; Nos tamen ingenue fateri cogimus, negre in iis, qxe incidenter tractata sunt, rebus, negre in palmario, qvod sibi deducendum sumptis, momento, justam adhibitus esse circumflexionem ac soliditatem. Certe Calvinismum olet, quando is p. 42 Redem-

A

Redem-

Redemptionem Christi videtur facere particularem, & ad solos saltem credentes  
 restringere, scribens: Aus dieser allgemeinen Verbauminß hat Gottes erbarmende  
 Liebe / nach seiner Providenz , und darauff sich gründenden Gnaden-Wahl / durch  
 den Glauben an seinen Sohn / diejenigen / welche NB. diesen Ruh. Götter zu ihrer  
 Seeligkeit annehmen wollen / NB. erlost / id quod quoque p. 49. exterior verbo-  
 rum apparatus insinuat. Porro Enthusias ac Fanaticis frigidam suffundit quan-  
 do p. 44. effusionem Spiritus super omnem carnem, Joël. II. v. 28. promissam , ad  
 hodiernam quoque tempora trahere gefit, cum tamen illius vaticinii impletio jam  
 sub initium Nov. Testam. contingere, A&ter. II. v. 16. seqq. Conf. D. Heineccii  
 Prufung der netzen Propheten / Cap. II. pag. 44. Varia quoque manifesta  
 etegegenieas dantur documenta. Sic e. g. pag. 38. effatum Christi Luc. XXIX.  
 v. 8., haud recte explicatur de adventu Filii hominis per prædicationem Evange-  
 lii, & infidelitate non nisi in terra sancta, seu Judæa , cum tamen ibi potius  
 agatur de adventu Christi ad judicium, & infidelitate hominum in terrarum  
 orbe habitantium, id quod pluribus evincere fategit B. Aug. Pfeifferus in Praefat.  
 der Klugheit der Gerechten / nec non in der gerechten Sachet  
 pag. 2. seqq. Vox mundi Joh. XIX. v. 36. perperam exponitur de solis Iudeis,  
 quia Christus mundum manifeste à Iudeis distinguit, inquiens: Si ex mundo  
 hoc esset regnum meum, Mioistri mei decertassent, ut non traderer NB. Iudeis.  
 It. p. 42. vocabulo mundi I. Tim. III. 16. male intelligitur populus Iudaicus. solus;  
 quoad partem electam , cum in graco legatur: οὐτιστὸν ἦν ἐν κόσμῳ,  
 creditus est IN mundo, seu in hac rerum universitate. It. pag. 43. omni-  
 absque fontica causa Angelos Ebr. II. 2. 5. & 15. accipit pro Doctoribus à DEO  
 missis , cum vel solus versus 15. apertissime evincat, sermonem ibi Apostolo non  
 esse de hominibus, sed creaturis invisibilibus, quarum quoque mentio fit Ebr. I.  
 v. 4. 5. 6. 7. 13. 14. It. pag. 45. ὁ ἐπώνυμος μέλλων, i. e. seculum futurum, haud  
 accurate sumitur pro Ecclesia N. T. , cum ex Marc. III. v. 29. sole eluceat clae-  
 rius, de ævo, post mundi finem securum, Servatorem loqui. Quo jure quoque  
 aquæ diluvii pag. 50. solentur torrentes Belial, die Bâche Belial / non video.  
 Certo per torrentes Belial, Pl. XXIX. v. 5. designari afflictiones Saranae , in confessio-  
 nis. Conf. 2. Cor. VI. 15. Quomodo ergo nomen illud ad aquas diluvii , ab ipso  
 DEO immisssas , quadrare poterit ? Scientia alia, cordatis hand arrisura le-  
 storibus , in parvo illo Scripto occurrit, qua tamen lubenter siccò preterimus  
 faccio. In animum namque induxit palmarium saltē totius opusculi nego-  
 cium, missis aliis, breve sub examen vocare , idoneisque ostendere fundamentis,  
 quod interpretatio dicti Joh. XII. 31. à Cepha nostro subministrata , quo expul-  
 so Principis mundi explicatur de remotione Senatus Iudaici ab officio, au-  
 toritate , principatu ac dominatu suo, firmo non sit ralo , sed communissimo  
 expostio triumphum adhuc reporter gloriosum. Faxis Summum Numen,  
 ut cuncta cedant in sui Nomini Gloriam ac veritatis cœlestis  
 confirmationem. Amen.

¶¶] (¶) ¶¶

Dictum

## Dictum nostrum Joh. XII. 31.

in Fontibus ita sonat:

Νῦν ἐγχων τὸν κόσμον τέττα συβληθήσεται ἔξω.

S. SCHMIDIUS vertit:

Nunc Princeps hujus mundi ejicietur  
foras.

SYRUS:

השא ארוכנא ועלמא הנק משחרא לבר

CLERICUS dans le Noveau Testament p. m. 307:

C'est presentement, que le Seigneur de  
ce monde s'en va être chassé.

LUTHERUS:

Nun wird der Fürste dieser Welt aufgestossen  
werden.

TRILLERUS in der übersetzung des N. T. p. m. 255:

Nun wird der Fürste dieser Welt hinausge-  
worfen werden.

Plane consentit cum Trillero, Reitzine.

## TRACTATIO.

NOVITIAM CEPHÆ EXEGESIN EXCUTIENS  
AC DESTRUENS.

s. I.

**O**MNIUM dexterrime propositum decursuri su-  
mus stadium, si initio novam didici præsentis expositionem  
lustraverimus, ac penitiori subjicerimus disquisitionem  
A 2 Qva

Qvo enim infirmior nova deprehenditur exegesis, eo firmor redditur expositio hactenus inter omnes recepta. Qvo infelius contra veterem Oraculi illius sensum depugnatur, ejusque veritas arietatur, eo felicius iste de robore suo gaudet, ac serae se posteritati commendat.

§. II. Ne autem cum meritis configamus larvis, operæ pretium est, perspicuè ac sufficienter memoratum novæ exegesis genus demonstrare, & cuius illud sit tenoris, edocere. Licit enim ex præmisso Praefamine quadam tenus ea de re constet, major tamen lux accendatur oportet, quæ optimè orientur, si personati Cepha verba, in quantum necesse erit, attulerimus in scenam, sicutque ipsum Autorem audiverimus loquentem. Existimat enim novus Exegeta, per Mundum intelligentiam Judaium, sive populum Judaicum, regimini Superiorum subiectum, per Principem mundi autem designari Synagogam, seu ex mente ejus, Primores Iudeorum, Confessum Judicium, Collegium Senatorum, verbo: Magistratum Judaicum, clavum teneentem Reipublicæ, vel, ut hinc inde se explicat, Clerum Judicum, Pharisaos, ac Seniores populi. Auscultemus jam, ut immotam dictis faciamus fidem, ipsum Cepham. Ita autem is l.c. p. 16. erumpit: Es erstreckten sich die das mahl's über die gottlose NB. Jüdische Welt, und ihre NB. verruchte Obrigkeit / ergangenen gerechten Gerichte Gottes zugleich weiter auch dahin et c., & clariss pag. 17: Diesem nach ist die NB. Jüdische Welt in diesem Gerichte Gottes in ganz finale Verstockung und verkehrten Sinn dahin gegeben worden / und der Fürst derselben/ nemlich die in unüberwindlichen Unglauben vor dem übrigen Volk noch exorbitirende NB. Synagoge, als die Wein-Gärtner et c., diese Fürsten von Sodom / und dieses Volk von Gomorrha soll hinausgestossen werden. Conf. pag. 88. sq. Hinc quoque p. 7. Principem mundi dicit esse: Die Jüdische Clerisy / Pharisaer und Alefesten des Volks. It. pag. 13. die Jüdische Synagoge, die bisshero auff dem Stuhl Moses gesessen / und von selbigem die Oracula Gottes auszusprechen Macht gehabt. Adde p. 45. Porro expulsionem Principis mundi interpretatur de remotione Cleri ac Magistratus Judaici ab officio docendi, ac imperandi, imo de totali ejectione prædicti Cleri, ac Magistratus, una cum populo rebelli, ex templo, urbe & regione, seu de eversione totius Reipublicæ Judæice, tunc temporis mox instantे. Lo-  
quatur

qvarter iterum Cephas l. c. p. 15: Nun wird der Fürste dieser Welt; dieser noch damals etlicher massen im Stande seyenden Welt aus-  
gestossen werden / i. e. sie soll degradiret / von Messis Stuhl herun-  
ter geworffen / und als irrig / ungläubig / und betrügerisch verdammet  
werden / dergestalt / das auch das wahre Volk Gottes / das geistl.  
Israel und Juda ihnen nicht weiter anhangen / Sie verlossen / und von  
ihnen absehen werden. Pergit pag. 19: Ihr durch die an Christo  
ausgeübte Bosheit zu vermeiden gesuchtes unglaubliches Verhäng-  
nis ist / aus gerechten Gerichte Gottes in dem höchsten Grad in  
ihrer NB. ewigen Ausschluss aus dem geistl. und leiblichen Hause  
Gottes / in ihrer NB. gänzlichen Ausrottung aus Tempel / Stadt  
und Land über sie kommen / und ihnen den gar aus gemacht.

S. III. Etiam si autem Cephas noster sua interpretationis in-  
ventionem sibi vindicare videatur , eo ipso,dum Antecessoris nullam  
facit mentionem , silere tamen nolumus , eandem vlam jam olim in-  
gressum esse famosissimum Balthasarem Bekkerum , inauditorum por-  
tentorum Parentem,de quo legi merentur Dn. D. Kettnerus in Dissert.  
de Spinoza & Bekkerio Cap. 2. Dn. M. Lilienthalius in Selectis historicis  
& literariis Tom. I. Observ. 2. p. 17. seqq., B. Tentzelius in den monat-  
lichen Unterredungen Anno 1692. mense Febr. pag. 109. seqq., Dn. En-  
gelschallius in den wichtigsten Vorurtheilen in Glaubens-Sachen/nam.  
23. p. 682. seqq. & plures. Hic enim mundum monstrosis opinionibus  
fascinatus , ac Diabolum ex orbe proscripturus , imo eundem plane  
Cuti quidem Celeb. Dn. Benthemius in Holländischen Kirchen- und  
Schulen-Staat Part.II. Cap. 2. §. 58. p. m. 113. haud abs re judicat)  
destructurus ac negaturus , in spissis ac portentoso Scripto , cui tit. :  
Die bezwungene Welt/Lib. II. Cap. 31. §. 8. p. m. 219. seq. Principes  
mundi Diabolum esse , audacter insciatur , nihilque hoc nomine aliud ,  
nisi Sapientes . Scribas , ac Disputatores seculi hujus, ex 1. Cor. I. v. 20,  
sive Principes ac potentes Iudaorum , Christo maximè infensos , & in-  
festo , designari , autumat , nec minus mox §. 9. p. 220. expulsionem  
Principis mundi exponit per ejectionem maximorum minimorum è re-  
gione sua , ac totale Politia Iudaica exsdium , hisce usus verbis : Da-  
her haben Sie (Judei) , da sie dennoch unglaublich blieben / und das  
Maß ihrer Sünden allewege erfüllt / ganz recht und wohl ver-

6  
dienet, das / wiewol sie vor Alters Kinder des Reichs waren / NB.  
ausgestossen worden / und bisz auf den heutigen Tag / seit der letz-  
ten Verwüstung der Stadt Jerusalem/ draussen bleiben Matth. LX.  
v. 12. / also das ihnen ihr Haus ist wüste gelassen/ Matth. XXIII. 38.,  
und der Zorn über sie kommen bis ans Ende I. Theff. II. 16. Sed  
Bekkeri propugnacula hac vice expugnare nec vacat , nec opus est,  
cum otium nobis fecerit Simon Henric. Reuterus in dem mächtigen  
doch umschränkten Reich des Teuffels Part. II. Cap. 18. S. 7. sqq. pag.  
450. seqq., qui tamen loco cit. S. 13. p. 451. virus Reformatorum per-  
niciosum de morte Christi, non pro omnia, sed pro solis tantum  
electis oppedita , propinare audet.

S. IV. Nos interim propius ad Cepha nostri castellum acce-  
dere tenemur , visuri , qvonam gaudeat robore. Possimus hic in an-  
tecessum mouere , perperam ab ipso usurpari vocem Synagoge ad de-  
signandum Magistratum Judaicum. Assertio nimirum novi Exegetae  
huc reddit, per Principem mundi à Christo indigitari Collegium Primatum  
, Magistratum sc. Judaicum, & hocce Collegium Primatum Syna-  
gogæ voce exprimere amat, uti vel solus Scripti titulus clarissime elo-  
quitur , ac lucidissimè pariter ex nostro S. II. liqvet. Quid si jam Sy-  
nagogæ vocabulum æqua judicil libra expendimus , facile deprehende-  
mus, eodem vix ac ne vix quidem Magistratum Judaicum insinuari pos-  
se. Nam Synagogæ ambitus VEL complectitur adificium publicum  
, sive in Hierosolyma sive extra illam extructum , in quo Judæi conve-  
niebant ad audiendum verbum legis ac Prophetarum, nec non ad fun-  
dendum preces. Hierosolymis autem extitisse sexaginta & quadraginta  
Synagogas, quarum unaqvæque habuerit בְּרִית סָפָר לְמִשְׁנָה  
libri pro Scriptura , i. e. locum , ubi legebatur Scriptura , &  
כְּרִתַּת הַלְמֹד , locum ubi docebantur traditiones, relatum legitur in  
Megilla fol. 73. 4. & R. Salomonis in B. II. v. I., apud Joh. Henr. Ortho-  
nem in Lexico philologico p. m. 627. Conf. Maimoni in Tephille  
Cap. XI., Joh. Buxtorffium in Synagoga Judaici. Cap. X. p. 186. sqq., &  
M. Ad. Erdm. Mirum im Biblischen Antiquitäten-Lexico coll.  
II 46. seqq.; VEL comprehendit ceterum, in ißiusmodi adificio, cultus di-  
vini causa , convenientem , ut Act. XIII. 43: Soluta Synagoga, i. e. coe-  
tu congregato, secuti sunt multi Judei Paulum. Vid. Flacit Clav. Script.  
P. I. col. 1114, & Ravanell. Biblioth. S. Tom. II. p. m. 1220. Hinc porro  
obtinuit,

obtinuit, ut apud Theologos cœtus Judæorum & etiam aliorum Impiorum vocetur *Synagoga*, qvæ est observatio *Placit L. c.* Conf. *Apoc.* II. 9. Cap. III. 9. Qvamcumque ex duabus hisce significationem spectaverimus, nulla tamen earum ita est comparata, ut, eā auditā, e vestigio Magistratum Judaicum animo nostro concipiamus. Qvis enim, memorato adiicio *congregationis publico*, (qvod propriè *Synagogue* nomine innuitur), cogitat de Senatu Judaico? Et qvis percipiens, adesse cœtum publicum, in adiicibus ejusmodi congregatum, (qui metonymice per metonymiam subjecti pro adjuncto *Synagoga audit*), existimat, adesse Conselium Judicum? Imo potius, si vox: *Synagoga de hominibus in Synagoga accipitur*, qvilibet non Magistratum, sed Cœtum promiscuum intelliget. Qvomodo ergo, ô Cepha! *Synagogam à populo promiscuo distingvere poteris?* Qvomodo *Synagogue* appellatione non populum promiscuum, sed Principes ac Primores populi, seu Magistratum Judaicum indicare? Qvomodo in rubro ponere, *Principem mundi esse Synagogam*, i. e. ex tua mente, Magistratum Judaicum? Qvomodo in singulis ferè paginis idem repetere? Videberis sanè Lectoribus idem per mundum, idem per *Principem mundi insinuare velle*, qvandoqvidem mundus Tibi est *populus Judaicus*, *Princeps verò mundi Synagoga*, qva metonymice accepta, nil nisi populum Judaicum promiscuum significari, jamjam dedimus demonstratum. Rectius hinc forsan *Synagoga* loco, ad animi sui sensa exprimendum, substituisse vocem *Synedri*, per qvod Collegium Assessorum in judicio supremo indigitari, tam est notum, qvam qvod notissimum. Audiamus R. Eliam *Levitam in Tischbi p.m. 135.*: סנהדרין שביעים סנהדרין חט

שבעים זקנים של בית דין הגרול בירושלים וכן ושם שבעים תרומות הרגום ירושלמי כל קבל שבעים סנהדרין וכן בהרגום של כהובים נמצאים הרוכה כמו ובמושב זקנים ובסנהדרין רחכמים וכן וכוצע עליה השער להר בית דין א דסנהדרין ורומייהם רביהם ולא נמצא כלשון יחיד סנהדרין והוא לשון יון ממש קוריין לכსאות סנהדרין והוא על פג'י: Sanhedar Septuaginta Sanhedrin; Sic vocabantur LXX. Sen-

8 ) 0 ( 8

Seniores Consistorii magni, quod erat Hierosolymis. Unde Thargum Hierosolymitanum hunc locum : Et septuaginta palmarum &c. sic paraphrastice explicat: כל שבעים סנחרריין. Sepe item usurpanzur in Hagiographis, ut : Et in Confessu Seniorum. Thargum : Et in Sanhedrin Sapientum. It. Ascendens autem Boatz ad portam. Thargum : Ad portam domum judicij, quod constabat ex Sanhedrin. Et id genus multa sunt. Nec inventitur in singulari numero. Estque plane grecum vocabulum. Nam Graeci fabellia, quibus Judices insident, Sanhedrae vocant, ad quod alludit illud Ps. 122. Qvoniam illis constituta sunt solia pro iudicio. Conf. Tr. Talmudicum Massechet Sanhedrin, qui habetur in Gvile, Surenhusi Mischna, sive totius Hebraorum juris Symmestate P. 4. fol. 207. seqq., R. Abarbanel in Comment. in Legem, Ps. rascha Schophetim, ad Dent. XVII. 8. fol. 365. seqq., Job. Selenium de Synedriis & prefecturis veterum Hebreorum, Orthonis Lexic. Philol. voce Synedrium pag. 627. seqq., Buxtorffii Lexic. Talmud. col. m. 1513. 9 Herm. Witsium in Miscellaneis sacris Tom. I. Lib. 2. Dissert. 3. p. m. 519. seqq., Ravaniell. in Bibl. S. Tom. 2. p. 1220. seqq., Job. Leusden. in Philologo Hebraeo-mixto Dissert. 46. p. m. 317. seqq., Melchior. Leidekkerius de Republica Hebreorum Lib. 7. Cap. 9. p. m. 467. seqq., Lundium in den Jüdischen Heiligtümern lib. 3. Cap. 13. seqq. p. m. 460. seqq., Mirum in Biblisches Lexico col. 1152. seqq., D. Job. Saubertum in Palastra Theologico-Philol. p. m. 287. seqq., Celeberr. Dn. D. Læscherum in den Evangel. Behenden P. 3. p. 133. seqq. & plures.

S. V. Sed mittimus hæc quam lubentissime, ac potius absque ulteriori anfractu ad ipsam rem nos accingimus, firmissimis monstraturi fundamentis, recentem Cepha exegesin omnino reprobandam esse, ac rejiciendam. Nempe per Principem mundi non designari Primores Iudeorum, sive Confessum Senatorum, pluribus constantem personis, constat (I.) ex manifesto numero singulari, qui communis ac usitata loquendi ratione, non nisi unicam quendam rem indicat, siveque citra causam maxime sotticam, de collecta multitudine accipi non debet. Jam vero h. l. Job. XII. 31. & alibi, sc. Job. XIV. 30, Cap. XVI. II, non Principes mundi nominantur, sed saltem Princeps mundi memoratur. Ergo non de pluribus, sed de unica tantum persona sermo fit, id quod uberioris sequentibus confirmatur momentis. Si sacrae paginae alias Principem in singulari numero nobis ostinent, unicum tantum intelligi volunt

◎ 10 ◎

volant Regnato<sup>r</sup>em , unicam personam , unicum hominem . Sic Spiritus S. , inqviens , Exod . XXIII . v . 27 : נִשְׁמָךְ Principem in populo tuo non execraberis , non Collegium integrum , ac totum Judicu<sup>m</sup> conselsum , sed primarium tantum , sicque unicam saltem personam , indice Indigitat digito . Inde factum est , quod postmodum Praes Synedrii magni , Assessoribus uno , supra septuaginta , effulgentis , נִשְׁמָךְ Princeps , salutaretur , distinctus à Vice Præside , qui בֶּן בֵּית רַיִן , נָבָב Pater domus judicij , appellari solebat , docente R. Abarbenele in Comment . in Legem fol . 365 sq . Conf . Othonis Lexicon philologicum , voce Synedrius pag . 630 . sq . Quid imo eminensissimus Gentium Doctor , Paulus , expresse dictum ante citatum ad summum trahit Pontificem , tunc temporis in Senatu præsidentem , dicens Act . XXIII . 5 : Non noreram , Fratres , quod sit Sacerdos magnus , scriptum namque est : ἄρχοντα τὸ λαὸν εἰς τὸ οὐρανόν , Principi populi tui non maledices . Similem in modum vox : נִשְׁמָךְ Princeps , unicam insinuat personam , Lev . IV . 22 . Cum Princeps peccaverit &c . Adde Num . VII . 1 , Cap . XXXIV . 22 , Jof . XXII . 14 . &c . Neque aliter comparatum esse cum Græcorum nomine : ἄρχων , ipsa ocularis edocet inspectio . Sic e . gr . Matth . IX . 9 . Jesus venisse dicitur in domum τὸ ἄρχοντος , Principis , per quem unica persona , nempe Iairus , Indigitatur , Luc . VIII . 41 . Parte dulcissimus noster Salvator , inqviens Luc . XII . 58 . : Quando abis cum adversario tuo ēn' ἄρχοντα , ad Principem , unicam denotat personam , qui ad clavum judicij sedet , moxque titulum Judicis auffert . Junge Luc . XIX . 18 , Jof . III . 1 , Act . VII . 27 . 35 , Cap . XXIII . 5 . E contra sacris literis in more positum est , ut integrum Collegium , pluribus constans personis , exhibitur , plurali utantur numero , sicque non Principem , sed Princeps nominent . Sic legitur Exod . XXXV . 39 : הַנְשִׁיאָנִים Princeps aetulerunt lapides Sardonychis . It . Jof . XXII . 32 : Reverus est Pinchasus - הַנְשִׁיאָנִים , & Princeps &c . Adde Num . XXXVI . 1 . Jof . IX . 18 . &c . idem in lingua Græca nisu ventre certo est certius . Mattheus , integrum descripturus conselsum , numerat τὰς ἄρχοντας , Primo<sup>r</sup>es , oppositos τῷ λαῷ , plebi promiscu<sup>m</sup> Cap . XXIII . 13 . Lucas C . XXIII . 35 : Subsannabat (Jesum) etiam ὁ ἄρχων PRIMORES . Hierosolymitanorum quidam ita introducuntur loquentes Jof . VII . 26 : Ergone vere agnoverunt ὁ ἄρχων , Princeps ,

quod hic verè sit Christus? Petrus Act. III. 17. Scio, inquit, quod per ignorantiam feceritis, sicut & öt ἀρχοντες ὑμεων, Principes vestri. Paulus 1. Cor. II. 6. 8. memorat ἀρχοντας; Principes seculi hujus. Conf. Job. VII. 48., Act IV. 26, Cap. XIII. 27. &c. Jam ad rem. Quoniam nimis Scriptura per Principem in singulari numero, unicam tantum personam indigit, integrum autem Collegium exhibitura, Principes in plurali nuncupat, manifestum evadit ac perspectum, per Principem mundi non posse integrum quendam cestum, & sic neque integrum Collegium Senatorium intelligi. Unde maximè miramur, Cepham ad Singularem istum nihil attendisse sed quasi perinde sit, sive Principem, sive Principes audias, scripsisse p. 45. & alibi: Das die Synagoge der/ oder die Fürsten der Welt genennet würden.

S. VI. Eqvidem famosissimus Bekkerns in der bezauberten Welt lib. 2. cap. 31. §. 8. p. 219. provocat ad dictum Es. XXXII. 19. & I. Cor. I. 20, monens, ibi nominibus singularis numeri Scribe, Sapientis &c. plures significari, nimirum Scribas, Sapientes, &c., indeque inferens, parem esse rationem vocis: Princeps mundi, adeo ut & haec, in singulari posita, multitudinem insinuet, ac Judæorum congeriem: Enim verò ( $\alpha$ ) nutat insigniter, ac vacillat haec consequentia, quā à locis, ex Esaias & Paulo citatis, ad effatum Christi concluditur. Qvis enim ferret ita inferentem; Esaias & Paulus per Scribam, Sapientem &c., intelligi volunt Scribas, Sapientes &c., sive Scribarum ac sapientum Collegium. Ergo Christus per Principem mundi pariter delineat Principes, siveque Judæorum primariorum catervam. Profecto voces haec: Scriba, Sapiens &c., nihil habent commercii cum altera: Princeps mundi. Et an statim, quia alcibi nomen singularis numeri de multitudine quadam exponi vult, licentia tibi conceditur prompta, pro tuo libitu alibi idem interpretationis genus applicandi, quamvis de coetero solida instituti tui fulcimenta desiderentur? Minime gentium! ( $\beta$ ) Etiam si autem non plane eamus inficias, singularis numeri vocibus in Scriptura quandoque collectam multitudinem, vel totam etiam speciem, exprimi, id quod per quandam enallagam, sive alternationem singularis pro plurali fieri, monet B. Glaffius in Philologia S. lib. 3. Tract. I. Can. 22, p. m. 436.; Attamen non nisi urgente durissimo necessitatibus telo, ad istiusmodi alternationem confugendum esse, constanter existimamus. Quia itaque nulla nos necessitas

cessitas cogit, ut per Principem mundi Principes seu plurimorum Consilium intelligamus, id quod postmodum §. X. sqq. ex confutatione argumentorum, pro contraria expositione allegatorum, ad oculum patet; merito ab istiusmodi temeritate nobis cavernus, sicque, audita singulari voce, rem singularem animo nostro concipimus. (y) Interm loca Esaiæ & Pauli nihil omnino faciunt ad thombum, neque exemplum præbent alternantis singularis pro plurali. Quid enim obstat, quo minus & ibi singularibus vocabulis singulares res proponi, statuamus? Age, proplus utrumque Virorum *Geor*ie*v*s*av**** accedamus, utrumque quoque auscultemus loquenter. Esaias, ubi, inquit, Scriba? ubi expendens? ubi numerans turres (est)? Introducitur hic sacra pitorum concilio mirans ac quarens; Ubi Scriba aliquis, vel juxta Junium ad h. l. p. m. 663. Legisperitus castrensis, sive militaris, (in Auditeur), ubi expendens aliquis, (i. e. juxta Junium l. c., Quesitor, Praefectus exercitii militaris, in Regiments-Quartier-Meister) Ubi aliquis numerans, vel metiens turres, (Ingenieur), adest? Sensus huc reddit, adeo exercitum hostium, satisante formidabilem, divina dissipatum esse potentia, ut ne unicus quidem amplius Scribarum, Quesitorum, turresque metientium ostendi queat. Locutionem enim interrogativam, affirmative concepiam, h. m.; Ubi est Scriba &c., negative esse explicandam, h. m. Nullibi adest Scriba &c., patet partim ex communī interrogations tali affirmative indeo, partim ex subsequenti v. 19., quo anteriores redduntur clariora, hisce verbis: *Populum obfirmatum non videbis.* Talpa itaque coecior sit oportet, qui non animadvertis, singulare numero, singulares hic personas apprimē propinari. Porro Paulus, ubi, ait, Sapiens? Ubi Scriba? Ubi Disputator Seculi hujus (est)? Non existimamus, hæc ex Esaiæ, ejusque loco modo citato, mutuo esse petita, quia neque eadem hic verba, quæ apud Esaiam, neque idem verborum sensus comparent. Qvicquid autem hujus rei sit, nemo non videt, id Paulum docere, quod omnes mundi Sapientes, acrimonia quamlibet judicij ingenti pollentes, de salute per Christum crucifixum obtinenda, nihil sciant, sed penitus ad illam doctrinam coecutiant. Hinc, allegato Oraculo Esaiano ex Cap. XXIX. 14, mox graphicè erumpit: Ubi Sapiens est? &c., nihil aliud nisi id innuens, sapientiam hominum mundanorum, tam Judæorum, quam Gentilium, adeo nihil valere ad investigandum mysterium de Christo, pro nobis crucifixo,*

Cvnppe qvod ab illa pro stultitia, ac insan cerebri commento reputatur potius nullus Sapiens, Legisperitus, aut Disputator hujus seculi inveniri, aut superesse, sed qilibet, qvi nomen Sapientis gerit, mere tituli vanitate, absqve rei veritate, superbire videatur, unde statim Apostolus, omnes obscuritatum nebulas dispulsurus, adjicit: Nonne stultam fecit DEus sapientiam mundi hujus? Summa: mens divi Pauli haec est: Nemo eruditorum, humana sapientia turgentium, summae Sapientia arcanum de Christo, pro nobis passo & crucifixo, novit, ut propter defectum scientiae salutaris, à Spiritu S. per verbum Evangelii revelatae, qilibet illorum stultus verius, quam sapiens appellari mereatur. Qvis ergo, his æqua judicij libra penitatis, fateri non cogitur, & hic singuli numero singulares tantum personas indigitari?

S. VII. Porro (II). ad enervandum novum Exegeos specimen facit, qvod pet Principem mundi omnium commodissime Diabolus designetur. Hinc arguento insurgimus sequenti: Si per Principem mundi omnium commodissime Diabolus significatur, sequitur, qvod per illum proxime ac immediate non significetur Confessus Senatorum, ac Sapientum. Atqui verum est prius. Ergo & posterius. Consequentiam Majoris firmo nisi tibicine, ipse Cephas non ibit in fasias, cum illa clarissima radiet luce. Cardo autem totius rei vertetur in antecedentia. Hoc vero pariter amice cum veritate conspirare, paucissimis saltet hic dabimus demonstratum, cum Diff. II. id ex professo simus persecuturi. Hinc pro statuminando antecedentia, sic argumentari lubet: Is, qvi in sacris literis audit Princeps in aere potens, ac in incredulis operans, DEus mundi, nec non DEus seculi hujus, Is omnium commodissime per Principem mundi significatur. Atqui Diabolus est is, qvi in sacris literis audit Princeps in aere potens, ac in incredulis operans, Eph. II. 2, Dominus mundi, Eph. VI. 12, nec non DEus seculi hujus 2. Cor. IV. 4. Ergo. Major iterum jubare fulget nitidissimo. Nam quid est Princeps operans in incredulis aliud, ac Princeps mundi, sive incredulorum? Quid DEus mundi aliud, quam Princeps mundi? Quid DEus seculi hujus aliud, quam Princeps mundi, in hocce seculo suum super impios dominium exercens. Minor vero neque negari cum fundamento potest, neque à Cepha negatur, sed potius Iaciv dū Phiv, qvod ajunt, conceditur p. 5. Nec obstat, metnorati Eph. VI. 12: Dominos, seu Principes mundi, non vero Dominum seu Principem. Nam quem.

quemadmodum tota Diabolorum cohors Dominorum mundi nomine insignitur; ita Antesiquanus reliqvorum ac Primicerius appellatur καὶ ἔχει Dominus, vel Princeps mundi. Sufficit ergo, quod Princeps mundi titulus Diabolo citra controversiam competit. Ex his omnibus id tandem elicitur, per Principem mundi haud recte significari Conscium Senorum ac Sapientum ex Iudeis.

¶ IX. Accedit (III) Expositionem Cepha, quae Principem mundi de toto Iudeaco Collegio intelligere mavult, falso forte niti principio ac supposito, hoc nimurum, Diabolum statim post infelicissimum ejus lapsum, in tartarum præcipitatum, catenis tenebrarum vinculum, ac tam arce ibidem conclusum esse, ut postmodum plane ex mundo tam quoad præsentiam, quam quoad operationem, exulare debuerit, ac enseq[ue]nter ejus expulsione, tempore Christi, opus non fuerit. Diabolo autem ex mundo aeternum exulante, ac in nostro loco non intelligendo, primum erat de Iudeorum Synedrio, vel uti Autor loquitur, Synagoga Iudeaca, cogitare. Confirmant nos in nostra sententia exarta Cepha verba, ita Iorantia pag. 4. Gleichwie auch der Teuffel / den man unter dem Fuersten der Welt verstehen wil / so gleich nach seinem Absall von Gott aus dem Himmel / und dessen Angesicht Verstoessen / und zur Hölle gestürzt worden / woselbst er mit Ketten der Finsternis gebunden / bis auf den grossen Tag zum Gerichte auf behalten wird / folglich von selbigem in unserm loco nicht folglich gesagt werden mag: Er werde nun erst ausgestossen werden. Sancte si hacce hypothesi suam suffulcit sententiam, non soluna portentosa Bekkeri vestigis preesse insitit, quippe qui inter palmaria fundamenta monstrosum fuit, de Diabolo, ex hoc mundo absente, commenti, & hocce numerat præjudicium, de Diabolo à tempore lapsus infernali, custodia inclusio, catenis tenebrarum vinculo, sive ad perpetuos carcerales, absque potestate inde excludi, condemnato. Vid. Dn. D. Samuel. Christ. Teubert. Perram scandali, mundo universo à Bekkeri positam, Sect. 2. S. 82; sed etiam cum Bekkeri insigniter fallitur ac infelicissime à jana aberrat. Licit enim 2. Petr. II. 4. Diabolus dicatur catenis tenebrarum in tartarum detrusus, ac in judicium affervans. Adde Iud. v. 6.; Minime tamen id ita intelligendum est, ac si in loco inferni semper conclusus maneat, ac nunquam in terris praesens esse, aut operationes quasdam edere queat, nam operatur in filiis incredulitatis.

cosque ad pessima flagitia sollicitat, Eph. II. v. 2., ac circumie instar leonis rugientis, homines devoratus, I. Petr. V. 8. Conf. Luc XI. 24. Eph. VI. II. 12. &c.; sed mens divi Petri huc saltem abit, catenis tenebrarum vincit omnia Diabolus, in tartarum detrulum, ac in judicium ultimum asservatum, ita tamen, ut DEus catenas ipsi interdum laxet, eumque nonnunquam ex inferni loco in has mundi oras prodire sinat, absque cuius permitti ne hilum quidem valet, aut efficere potis est. Sanè molossus catenæ alligatus, & in destinatum suum receptaculum relegatus est, nihilominus tamen potestas ipsi relinquitur, ex domicilio suo, pro catenæ longitudine, egrediendi, ac illi, qui nimil ipsi fit vicinus, noxam inferendi. Pari modo se res habet cum molosso infernali. Hicq; ipse catenæ tenebrarum constrictus, ac in tartari fauces conjectus, DEO vincula laxante, & licentiam egrediendi concedente, varios in hocce mundi theatro exercet lusus, varios edit effectus, satis saepe mirabiles. Conf. B. D. Zach. Grapii Theol. controversam contin. Cap. 3. Quest. 9. p. 80. seqq., Dn. D. Rumpel Disp. de Qu. An detur aliqua Diaboli in hoc mundo operatio, Andr. Kunadi Disp. de operationibus Demonum S. S. seqq. Adde Dnn. Autores der Unschuld. Nachr. anno 1702. p. 295. seqq. Qvoniā ergo ipsum fundamentum ruit, & fiduciam quoque, atenæ impositum, corrut, necesse est.

§. IX. Hactenus de Principe mundi egimus, ostendentes, Magistratum Judaicum haudquaquam illa voce designari, pedem jam promoveamus oportet ad Expulsionem Principis mundi, fallam. Cepha exegesin pariter jugulatur, qvam expulsionem illam interpretatur de sublatione imperii Judaici, detruzione Magistratus de folio, ac totali ejusdem ex regione ejectione. Hanc vero exegesin falsitate scatere, probamus (I) ex eo, qvia per Principem mundi non intelligitur Magistratus Judaeicus, ac Collegium Primorum, uti modo evicimus. Qilibet ergo, qui clara in meridie coecutire non praoptat, perspicit, per expulsionem Principis mundi non posse intelligi sublationem imperii Judaici, detruacionem Magistratus Judaici de folio, ac totalem ejusdem ex regione ejectionem. Talia nimur, juxta notissimam regulam hermenevticam, sunt predicata, qualia permittuntur à suis subjectis, e. g. in hac propositione: Herodes est vulpes, Luc. XIII. 32. vox: Vulpes, qvæ predicati locum occupat, non potest propriè capi de fera sylvestri, qvia subjectum: Herodes, id non permittit.

Vid.

Vid. B. Aug. Pfeifferi *Thesaurum Hermen.* Cap. XIII. Can. 156 p. m. 455. seqq. Geminum esto judicium de hac propositione: *Princeps mundi ejicetur.* Sermo enim hic non sit de sublatione imperii Judaici, totali; Judæorum è regione exterminatione, quia subiectum, scilicet *Princeps mundi*, omnino repugnat. Nam *Principis mundi* appellatio non venit Magistratus Judaicus, ergo neque expulsione voce venire potest sublatio imperii Judaici, Judæorumque è regione sua exterminatio. Idem (II) inde fortissimè corroboratur, quia per *Principem mundi* omnium commodissime *Diabolus* intelligitur, id quod partim in anterioribus, promulgatis quasi loco, adnotavimus, partim in subsequenti Disput. V.D. uberior deducemus in apicum. Quidam itaque hoc aeternâ, ut firmissimè nobis persuademus, gaudet veritate, expulso *Principis mundi* non est exaudienda de sublatione imperii Judaici, sed potius de devitatione Diaboli, ac ademptione potestatis Diabolicae. Ratio est haec, quia talia sunt prædicata, qualia permittuntur à suis subjectis, docentibus, ut jamjam audivimus, Exegetarum Filiis.

S. X. Verum enim vero, ad novum exegeseos genus planè præcipitandum de ponte, ejusque infirmitatem solidissime communstrandum, unum adhuc agendum nobis incumbit, anteqvam præsenti Dissertationi colophonem imponamus; id nempe, ut rationes probandi, quibus suam sententiam suffulcire studet *Cephas*, subtrahamus, ac revertamus. Procedit autem Exegeta noster pag. 3. seqq. partim remote, variis argumentis communem expositionem de *Principe mundi* Diabolo, ejusque expulsione, remotorus, partim positive, ex contestus, nec non locorum parallelorum tenore, novam suam interpretationem de *Principe mundi*, Clero, ac Magistratu Judaico, ejusque expulsione, stabiliterus. Sed quod prius pensum, argumenta puto negantia, attinet, non possumus hoc loco iis confutandis immorari, quia Diff. 2. amplissimus de illis differendi campus aperietur. Hinc solas saltem rationes affirmantes in præsenti euratus sub examen sumus revocaturi, eorumque destructione totum exegeseos novæ castellum expugnaturi, ac destructuri.

S. XI. Ut ergo rebus suis rite conculat *Cephas*, ac explicacionem allatam in tuto collocet, provocat primò omnium pag. 6. ad integrum contextus conditionem. Clericos inter Judæorum, ait, Phariseos, Scribas, ac Seniores populi, ex una, & Christum, in secula benedictum, ex altera parte, acerrimam intercessisse contentionem de hisce præsertim capiti-

capitibus gravissimis, an Christus sit verus DEus, ac promissus mundi  
 Messias, Iudeorum Primiceris praefacie negativam amplectentibus,  
 Christo autem affirmativam rite tuente, suamque personam, ac officium  
 miraculis certissimis confirmante, Imo, juxta p. 16., compromis-  
 sum quasi quoddam Christum inter, et hostes ipsius, erectum esse, vici-  
 jus hi promiserunt, se credituros, simulac signum de celo fuisse ostend-  
 sum. Nihil itaque aliud superfluisse, nisi ut DEus ex celis signum,  
 diu desideratum, daret, exoptatam controversorum capitum decisionem  
 interponeret, totam litem voce coelesti dirimeret, suaque infalli-  
 bili autoritate decerneret, quænam litigantium pars causam vicisset,  
 quænam è contra causa cecidisset. Licet vero hactenus signum illud  
 ultimum, vox sc. ex celo in terram demittenda, prægnantibus ex cau-  
 sis non successisset, justum tamen tandem tempus venisse, justamque hoc  
 ram, quæ Filius hominis debebat glorificari, Joh. XII. 23, i. e. coram mun-  
 do pro vero DEI Filio, ac promisso mundi Messia, publice declarari, so-  
 leanni divina voce, in conspectu Cleri Iudaici, judicalem, ac definiti-  
 vam, eamque ultimatam sententiam latura, Christumque pro Filio  
 DEI, ac Salvatorem mundi, solennissime renunciatura. Hinc Servato-  
 rem nostrum dulcissimum publicationem quasi decisi divini expetisse  
 hinc verbis, v. 28: Pater glorifica, i. e. notum fac, nomen tuum, i. e.  
 me, Eillum tuum unicum, me, Angelum foederis, me, Angelum Je-  
 hova, me, Angelum, in quo nomen tuum est. Hoc facto subse-  
 cutam esse sonora, ac perspicua voce, eaque tonante, divinam deci-  
 sionem, coelesteque effarum, ib. v. 28: Glorificavi illud, (sc. præser-  
 tim penes Jordanem, cum Baptismus Christi ibi esset peractus, nec  
 non iterata vice in vertice montis Thabor, cum Salvator noster ibidem  
 glorificaretur) & rursus glorificabo, sc. modo irrefragabili ac invi-  
 tissimo, per vocem meam, celo delaplasm, sicque tertia vice. Mox  
 Christum hanc divinam decisionem coram populo præsenti eo esse  
 interpretatum, quod sic tota controversia, se inter ac Iudeorum sapi-  
 entes, hactenus ventilata, satis clare sit decisa, decisumque pro se  
 contra Iudeos ceciderit, quandoquidem sequentem in modum erum-  
 pere non dubitavit, v. 30: Non propter me hac vox facta est (i. e., si  
 Cepham audis, non primario mei causa facta est, ac in mei glorifica-  
 tionem cedit, cum Christus in statu profundissima exinanitionis glori-  
 am suam, non tam primario, neque tam proxime quereret, Phil. II. 6, 7)  
sed

sed propter vos, ut nempe sciatis, in quem credendum, cui immote  
 adhærendum, ac à quo neque per svasionem mundi Judaici increduli,  
 neque per autoritatem Principis ipsius, sive Synagogæ, desistendum  
 sit. His præmissis, Christum apposite exclamare, v. 31: *Nam nunc  
 judicium est mundi hujus*, i. e. jam DEus ex throno judiciali ultima-  
 tam formavit decisionem, mundum Judaicum erroris ac incredulita-  
 tis damnavit, & cauſam ipsi abjudicavit, statim item subjicere;  
*Nunc Princeps mundi hujus ejicietur foras*, & horum verborum hunc  
 esse sensum: Postquam Salvator noster dulcissimus, in conspectu totius  
 populi, per justam Judicis supremi sententiam decisoriā, pro promisso  
 Propheta, Rege, ac Sacerdote summo, quin imo pro Filio ipsius dile-  
 cto, quem audire tenantur, fuerat declaratus, ac tercia vice in mun-  
 dum Judaicum introductus, conseqventer vero mundus iste Judaicus,  
 sive Ecclesia veteris Testamenti, ad fatalem suum finem pervenerat.  
 Initium è contra lumente mundo novo, novaqve creatura DEI; post-  
 quam, inquam, illa omnia facta fuerant, tunc *Principem mundi Ju-  
 daici*, tunc temporis aliquo adhuc modo stantis, ac vigentis, expelle-  
 dum, i. e. ab officio removendum, de sella Mosis dejiciendum, &  
 tanquam erroneum, incredulum, ac seducentem condemnandum esse,  
 adeo ut spirituales Israëlitæ, seu verus DEI populus, illi non amplius  
 sint adhæsuri, sed potius ab eo penitus destituti, Principe vita in lo-  
 cum Principis mundi surrogato. Imo non solum id hisce verbis:  
*Princeps mundi expelletur, innui, quod Magistratus Judaicus de solio  
 suo detrudendus, ac imperandi munere privandus sit, sed etiam, quod  
 propter turpissimam contumaciam, qua ne signis qvidem Christi aper-  
 tissimis convinci se passi sunt, Job. XII. 37, Princeps mundi, seu Syna-  
 goga, reliquos malitia vincens, vel potius Magistratus Judaicus,*  
 (quippe qui nomine *Vinitorum*, Filium Patris familias occidentium,  
*Math. XXI. 37. seqq.*, ac *Principum Sodoma, populi que Gomorrha, Esa. I.  
 10. veniat*) plane è templo, urbe & regione extrudendus sit, & in  
 tenebras ejiciendus, ubi fletus erit, & stridor dentium, *Math. VIII. 12*  
 Quidam sic dictis, *Dn. Autor p. 19. sq.*, gloriarī audet, expositionem  
 suam cunctis circumstantiis, pariter atque antecedentibus & consequen-  
 tibus confirmari.

§. XII. At verò arenae totum ædificium superstructum esse,  
 C tam.

tara certum est , qvam qvod certissimum . Nam ( I .) mera ducti  
 berlitate ponamus , compromissum qyoddam in vocem coelestem , ejus-  
 que de controversis capitibus sententiam ; inter Christum & Judæorum  
 Præmicerios exitisse , Filiū DÉI divinum decisum de sua Deitate ac  
 Officio mediatoria expetuisse , tandemqve sententiam DÉI definitivam  
 tonant voce subsecutam , & sic tam Christi veram Divinitatem , qvam  
 Officium mediatorum adstructa esse , in tubore datis Judæis incre-  
 dulis , eorumqve Antistitibus refractariis , ponamus , inqvam , hæc sin-  
 gula . An inde firmiter licebit colligere , qvod verba v. 31 : *Nunc  
 iudicium est mundi hujus* , id sibi velint , DÉum mundo Judæico cau-  
 sam abjudicasse , ac pro Christo sententiam tulisse ? Annon potius id  
 ad summum inde concludere daretur , DÉum sententiam condemnato-  
 riā contra mundum Judæicum , ex populo promiscuo , ac Directori-  
 bus constantem , promulgasse , sicqve Judæos temporali pariter atque  
 æternæ pœnæ adjudicasse , adeo ut ab hoc tempore præludia quasi  
 futura calamitatis sint exitura , futuramqve tragœdiam miseri-  
 tiam nunciatura ? Sane hoc sensu vocem *judicandi sumi* , v. 47. 48.  
 Indubium est . Etiam autem Cephas maius sue novitati pondus concil-  
 liatur , particulam connectentem : *Nam* , v. 31. videatur urgere , ita  
 Textus sacri verba citans , pag. 14: *DEN* jetzt gehet das Gericht über  
 die Welt / notandum tamen est , memoratam particulam : *Nam* , in  
 sacro Codice haudqvaquam haberi , sed mero pro lubitu adjectam esse ,  
 cum in fontibus legatur : *Nuv ujion esz je ubo uz rætsz* : *Nunc ju-*  
*dicium est mundi hujus* , Jetzt gehet das Gericht über die Welt .  
*Nihil* igitur ex fictio suo additamento nanciscitur præsidii aut emolu-  
 menti . Porro id omnium minime ex textus cohaesione , ac anteceden-  
 tium collatione , inferri poterit , Christum , pergentem : *Nunc Princeps*  
*mundi hujus* ejicietur foras , hunc nobis senum propinare , qvod Ma-  
 gistratus Judæicus ab officio removendus , tanquam erroneus , incre-  
 dulus , ac seducens condemnandus , planeqve ē templo , urbe , & re-  
 glione sit ejicendum . Bene enim adverti metetur , duo hic dici , ( 1 .)  
*Nunc iudicium est mundi hujus* . ( 2 .) *Nunc Princeps mundi hujus* ex-  
 pelletur . Ipsa vero literæ Simplicitate svadente , in priori jam effato :  
*Nunc iudicium est mundi hujus* , indicatur , mundum , i. e. cœtum in-  
 credulorum , ac impiorum , sub qvo ipsi qvogve *Judaorum Princeps*  
 com-

comprehenduntur, ex justo DEI iudicio, poenis gravissimis, tam temporalibus, quam æternis, destinatum esse. Omni ergo absque sonica causa posterior propositio: Nunc Princeps mundi hujus expelletur, de Iudeorum Principibus intelligitur. Sic enim idem, quod jam antea dictum fuerat, ut denuo dictum, existimari debet. Dictum scil. fuerat, Judæos incredulos, ac consequenter etiam Principes eorum, iudicandos esse, & nihilominus, Cœpha expositione stante, denuo existimatur dictum, Principes mundi iudicandos esse, id quod omni caret probabilitate. (II.) Probari nequit, compromissum in vocem coelestem, ac definitivam DEI, de capitibus controversis, sententiam extitisse; Si enim compromissum tale extitisset, sane conventio quædam Christum inter, & Judæos, fuisset inita, vi cuius utraque litigantium pars ad communem arbitrum provocasset, promisissetque se in colesti decisione, absque ulteriori difficultate, acqvieturam. At talis conventio verius negatur, quam affirmatur. Nam quod Christum attinet, is adeo Judæos ad vocem coelestem non remisit, ut potius signum de celo, tantopere efflagitatum, vice plus simplici iisdem denegaret, inquiens, Matth. XII. 39; Generatio prava, & adultera signum quarit, sed NB. signum non dabitur illi, nisi signum Jona Prophetæ, id quod alio tempore repetitur, Matth. XVI. 1. 4. Conf. Dnn. Autores der Unschuld. Nachrichten anno 1706. p. 257. Quod autem Judæos concernit, dici nullâ ratione potest, ab integro Iudeorum cœtu, ex summis ac infimis, constante, signum de celo postulatum esse. Nam Matth. XII. 38. Quidam tantum Pharisæorum, ac Scribarum introducuntur loquentes: Magister, volumus à Te signum videre. Et licet Matth. XVI. 1. Indefinitè Pharisæorum ac Sadduceorum injiciatur mentio, non tamen omnes intelligi posse, ex se patet, quandoqvidem aliquot solum Pharisæorum ac Sadduceorum hâc vice cum Salvatore nostro collocuti sunt. Et quis hosce cunctos in signi coelestis postulatione, consensisse, dixerit, cum maxima Verporum turba blasphemie se macula contaminaret, ac nefanda temeritate Christum pro mancipio Satana venditare auderet? Vid. Luc. XI. 15, Job. VIII. 48. 52. Pariter Luc. XI. 16. nonnulli saltem ex Spectatorum turba signum è celo desideragunt, reliquis expulsionem Dæmonum turpissimè Belzebult adscriptibentibus, v. 15. Quid? quod à veritatis tramiteca ritè re-  
ēteque

et que premeremus, fateri cogimur, signum è cælo non huncquam à nonnullis tam Superiorum, quam inferiorum expeditum esse, non autem statim cogimur fateri, expeditum esse signum, à DEO Patre ad instantiam Christi, è cælo edendum, quoniam, literæ simplicitate teste, desideratum fuit signum, ab ipso Christo, propria virtute, è cœlo ostendendum, Matth. XII. 38, Cap. XVI. 1, Luc. XI. 16. &c. Si autem hoc veritati consentaneum, à Pharisæis ac Legisperitis non signum DEI Patris, ac consequenter, neque vocem Patris celestem, sed signum ipsius Christi postulatum esse, quoniam fundamento Cephas noster adstruere potest, Judæos, & præprimis eorum Optimates, vocem Patris celestem, eamque controversorum capitulū decisivam, poscisse, inque illam compromisisse? Nescio quo jure Cephas expulsionem Principis mundi interpretetur de istiusmodi actu divino, quo Clerus, ac Magistratus Judaicus, ut erronus, incredulus, & seducens sit condemnandus. Hæcce enim condemnatio jam diu ante à Christo fuit facta, quippe qui verbo suo efficacissimo Pharisæos & Legisperitos, in Mosis cathedra sedentes, passim pro Planis ac Seductoribus publicis declaravit, inquit inter alia, Matth. XV. 14: Omitite illos. Duces cœci sunt cœcorum. Adeo Matth. XXIII. 13, 15, 16. Summa: Verbum Christi eos diu judicaverat, conf. Job. XII. 48 Qvomodo ergò dulcissimus Salvator noster, tale judicium, seu declarationem incredulitatis ac seductionis, ut posthac demum instantem, describere potuit, dicereque: Princeps mundi expellitur, i. e. juxta Cepham, ut erronus, incredulus, & seducens condemnabitur. (IV) Obtorto quoque collo hoc trahitur dictum Es. I. 10., quando novus Exegeta Magistratum Judaicum nomine Principum Sodoma, & NB. Populi Gomorrhae ibidem venire assertit. Qvia enim Principes à populo distinguntur, nemo non videt, Primiores Judæorum Principum Sodome titulo mactari, promiscua plebe per populum Gomorrhae indigitata. Qui ergo Magistratus judicus appellatione Principum & populi insigniretur? (V.) Judicet jam, qui obſeruare non est naris, an discussa hacenus Cepha interpretatio vinculo tam arcto cum antecedentibus & consequentibus copulata sit, ut iustum jure suo mereatur assensum.

S. XIII. Post contextum, Cephas noster ad loca parallela con fugit,

fugit, p. 20, hac ratione pro sua novitate militaturus. Sed potiora saltem ejus praesidia, quæ aliquibus sunt momenti, justum vocabimus sub examen. Sic pag. 22. urget Joh. VII. 26. summos Sacerdotes ac Phariseos, qui Synedrium constituebant, ab ipso populo nomine τῶν δεκάτων, i. e. Principum, insigniri, hisce verbis: Ergo vero agnoverunt Principes, quod hic verè sit Christus, imo ipsos Phariseos ac Seniores sibi hunc indere titulum, exclamantes, v. 48: Num quis ex Principibus creditur in ipsum, aut ex Phariseis, eodem quoque se hocce titulo à reliquo populo, tanquam Latcis, distingvere, subjungentes, v. 49: At turba hæc, quæ non novit legem, maledicta est. Verum enim vero judicet, quæsio, qui peponem non gerit pro corde, an allegata loca, ex Joh. VII. 26. 48. 49, pro parallelis dicto, in controversiam vocato, haberi queant. Nam in dicto controverso memoratur Princeps in singulari, quandoquidem Christus ait: Princeps mundi expelletur, sed Joh. VII. 26. nominantur Principes in plurall. In dicto controverso mentio injicitur Princeps mundi. Sed Joh. VII. 26. non nisi Principes allegari audis. Porro neque versus 48. 49. Cephæ nostro aliquod promittunt latibulum. Introducuntur quidem illi sc. Principes, ille à communī plebe feceruntur. Sed quid tum postea? Nunquam in dubium vocare aut voluimus, aut potuimus, Rempublicam Judæorum constitisse ex Principibus, ac populo, ex imperantibus, ac parentibus, docentibus, ac dissentibus. At inde nihil lucri capit Cephas. An enim hæc consequentia firmo gaudet talo: Princeps Judæorum à reliquis Judæis distinguntur, Joh. VII. 48. 49. Ergo per Princeps mundi alibi, tempe Joh. XII. 31, intelligi debet Magistratus judaicus, seu Princeps Collegium. Summa: Si in locis allegatis, ac pro parallelis venditatis, Sacerdotes ac Pharisei appellatione Princeps mundi insignirentur, aliquod inde lucellum ad Cepham perveniret. At, ipsa oculari inspectione teste, res plane aliter se habet.

S. XIV. Porro pag. 27. provocare amat ad effatum Salvatoris Joh. XIV. 30, hoc conceptum modo: Non amplius multa locuturus sum vobisum. Venit enim mundi hijs PRINCEPS, sed in me non habet quicquam. Sermonem hic fieri non de Diabolo, sed de Synagoga, ut loquitur, seu summo Judæorum magistratu, arbitratur Cephas, nihil enim aliud hisce verbis: Venit Princeps mundi, sed in me non habet quicquam.

significari, nisi hoc : Is me captivum dicit , rapitque ad mortem , si-  
 et nullam ejus rei causam habeat , ac nullius me peccati convincere  
 queat . Jam vero propriè ac immediate Diabolum non venisse , à  
 Diabolo quoque Christum neque captivum ductum , neque in crucem  
 actum esse , sed hæc cuncta Sacerdotibus , Legisperitis ac Senioribus  
 populi transcribi debere , Matth . XXVI . 47 . Marc . XIV . 43 . Joh . XVIII .  
 v . 3 , adeo ut Luc . XXIV . 20 . Discipuli Emauntici fateantur , quod  
 summi Sacerdotes , & NB . Principes Judeorum Christum in iudicium  
 mortis tradiderint , ac crucifixerint . Ergo per Principem mundi hoc  
 loco nini Magistratum Iudicatum denotari , qui quoque sua maligni-  
 tate effecit , quo minus dulcissimus Redemptor , prolixiorum amplius  
 sermonem cum charissimis suis Discipulis miscere posset . Audire placet  
 Cepham ipsam : Joh . XIV . 30 . sagt der Herr zu seinen Jüngern : Ich  
 werde fort nicht mehr viel mit euch reden / denn es kommt der  
 Fürst dieser Welt / nimmt mich in Verhaft / und bringet mich zum  
 Tode ; Und hat nichts an mir / i. e. er hat keine Ursache hierzu und  
 wird mich keiner Misserhat überführen können / denn sie hassen  
 mich ohne Ursach / Cap . XV . 25 , und ist wol offenbahr / daß diese  
 Worte nicht vom Teuffel / sondern der Juden höchsten Obrigkeit /  
 oder Synagoge , zu verstehen / denn obwohl der Teuffel durch sein böses  
 Einblasen / allerdings auch ein vornehmes Instrument / zu des Hey-  
 landes Leyden und Sterben mit gewesen / so ist doch eigentlich / pro-  
 priè und immediate , der Teuffel nicht kommen / und hat Ihn gefan-  
 gen genommen / noch ans Kreuz gehettet / sondern eine grosse  
 Schaar mit Schwertern / und mit Stangen / von den Hohen-  
 Priestern und Altesten des Volks / Matth . XXVI . 47 . Von  
 den Hohenpriestern / und Schriftgelehrten / und Altesten / Marc .  
 XIV . 43 . Die Schaar der Hohenpriester / und der Pharisäer Dies-  
 ner / Joh . XXIX . 3 . Ich sage / die Hohenpriester und Fürsten ha-  
 ben Ihn überantwortet / und gecreutiget / Luc . XXIV . 20 . diese  
 sind keine andere sind der Fürst der Welt / der mit seiner unrechten  
 Macht und Gewalt über Jesu kommen / Ihn gefangen genommens  
 und zum Tode befördert / auch mithin verursachet / daß Er nicht mehr  
 viel mit seinen Jüngern geredet . Et quoniam sic in dicto citato per  
 Principem mundi non Diabolum , sed Syndrum magnum designari  
 existit .

existimat, lucem assutam esse splendidissimam Loco nostro controverso ac hic pariter nil nisi summum Judaeorum Magistratum indice indigitari digito, concludit. Verum enim vero non officiant nobis haec Cepha molimina. Nam (1) mera moti liberalitate ponamus, in allegato dicto, Job. XIV. 30. Principis mundi nomine venire Synedrium magnum, vel Collegium Senatus judaici. Inde tamen haud satis firmiter Exegeta noster colligit, idem Synedrium ibidem in loco controverso, Job. XII. 31, per Principem mundi insinuari. Nam unum idemque vocabulum, pro contextus ratione, modo hoc, modo aliud significare potest, e. gr. Apoc. XII. 9. Spiritus infernalis audit Saranas, quia inexplicabilis in homines flagrat inimicitia, neque tamen licet eodem in significatu vocem Sarana accipere, quando Christus ad Petrum, Matth. XVI. 23, Vade, inquit, post me Sarana, quandoquidem contextus id non permittit. Interim (2) recte famigeratissimus Job. Coccejus ad Job. XIV. 30. Opp. Tom. IV. p. 272, post premissa verba Christi: Non adhuc multa loquar vobis, venit enim Princeps hujus mundi, & in me nihil habet, subiicit: Significat (Christus), jam instare tempus, ut ab ipsis annifferatur, paulo post quam sermonem suum finivisset. Nempe iam quasi in via esse, & prope absesse Principem hujus mundi, cum quo sibi configendum sit. Innuit Diabolum, cui totus mundus propter peccatum erat factus obnoxius, ut potestatem haberet, mortem hominibus irrogandi, Ebr. II. 14, cuius voluntatem faciebat totus mundus, exceptis paucis fidelibus, in quibus etiam caro est contraria Spiritui. Cum Coccejo causa conspirat antiquitas, ex qua aureum illud eloquentiae flu men, Chrysostomus, Homilia LXXIV. in Job. XIV. 30. pag. 381 ed. Commel, sequentem in modum perorat: οὐτος ἀρχοντα τὸν διάβολον φησι, καὶ τὰς ποιησες αὐτῷ πέμπεις έτω πελῶν. Σέ οὖν θεοῖς ἄρχει ποδι γης, επει τοι εἰνέσειψε πάλιν, καὶ προτέβαλε. Αρχει δὲ τῶν ιαντες το διαδόντων αὐτῷ, οὐ τοι ποδι ἀρχοντα το επόνει το μίλον τοις παλαις, σκότος εἰνεῖσθαι πάλιν, ποδι ποιησες ποδα. Καὶ πελῶν ι. e. Principem mundi Diabolum, & malos homines mundi nomine (Christus) appellat. Non enim caelo & terra imperat, cum omnia stravisset. Imperat autem his, qui se ei in servitutem trahunt, ideo & Principem tenebrarum Seclii hujus, & tenebras mala opera appellat. Diabolum vero omniū commodissime intelligi, jam supra

§. VII.



§. VII. commonstravimus. Et si hoc , omnino rectam veritatis semitam migrat Cephas , Magistratum Iudaicum perpetuo crepando. (3) Absque causa autem communissimam expositionem hic à novo nostro Exegeta deserit , qvilibet fateri cogetur , qvi saltem interna mentis acie illam ipsam lustrare voluerit. Causatur nimurum Cephas , pro coloranda sententia sua , qvovis multo recentiore , verborum Christi : *Venit Princeps mundi , hunc esse sensum : Princeps mundi me captivum dicit , rapitque ad mortem.* Qyoniam itaque non Diabolus , propriè , ac immediate , sed Synedrium Iudaicum , sive Confessus Iudicum , Redemptorem nostrum dilectissimum duxit captivum , & ad mortem rapuit , prono alveo inde fluere arbitratur , qvod per Principem mundi non Diabolus , sed potius Synedrium , sive Confessus Iudicum designetur. At vero , ubi dicitur , qvod Princeps mundi veniat NB. proprie ac immediate ? ubi , qvod Princeps mundi Christum ducat captivum , ac ad mortem rapiat NB. proprie & immediate ? Ego sanè ne  $\chi$  qvidem hoc de additamento in aureo Johannis Evangelio perspicio. Quid ? qvod ipse Cephas effato Christi notabili : *Venit Princeps mundi , hunc tantummodo tribuit sensum : Princeps mundi me captivum dicit , rapitque ad mortem.* Altum hic de captivatione Christi , ejusque tratione ad mortem , immediate facta , est silentium. Quid ergo obstat , qvo minus statuamus , Diabolum , tanquam Principem mundi , venisse mediata , per homines sui plenos , observante Grotio ad h. l. , ac tacite consentiente B. Calovio in Bibliis Illustrat. Nov. Test. Vol. I. ad h. l. p. m. 794 b ? Quid obstat , qvo minus adstruamus , Diabolum per suos Ministros , Sacerdotes puta , Legisperitos , ac Seniores , Christum duxisse captivum , & ad mortem rapuisse ? Sanè qvod quis per alium facit , id ipse fecisse putatur. Et annon 1. Cor. II. 8. *Principes Iudeorum dicuntur Christum cruci affixisse , etiam si id non fecerint propriè ac immediate , sed mediate saltem , per milites romanos , quippe qvi proprie ac immediate , ad instantiam Iudeorum , ex jussu Pilati , innocentissimum Servatorem in crucem egerunt. Joh. XIX. 23.* Quidnl itaque etiam Diabolo Christi captivatio , ac traxio ad mortem hic vendicari potest ? licet non immediate , sed mediate duntaxat , per Satellites pessimos , ejus instantem ultro sequentes , nefariam locarit operam , id qvod eo minus Cephas negare poterit , qvo sincerius Diaboli cooperationem

rationem ac impulsum internum concedit, largiturque. Ecce sic totum, quod Exegeta noster sibi adeo gratulatur, corruit praesidium, ac tenues abit in auras. (4) Imo si æquâ judicij librâ verba Christi: *Venit Princeps mundi, sed in me non habet quicquam, trutinare collibet, non opus esse arbitor, ut immediatum quoque Diaboli insultum contra Christum iisdem insinuari, notumque reddi, negemus.* Qvis enim necit, quantistentationum telis malignus ille Spiritus Salvatorem nostrum, statim post suscepimus baptismum, impetrare & divexare aclus sit, *Marth. IV. 1. seqq.* An ergo tibi persuadebis, Satanam in extremo passionis articulo non omnibus intentis nervis contra Christum decertasse, eundem in desperationem precipitatum, sive opus redempcionis humanæ impeditum? Profectò Diabolus calcaneum patientis IESU conterere conabatur, *Gen. III. 15.* Qvis ergo firmissime non crederet, pernicioſissimum à Diabolo virus in Redemptorem generis humani esse effulum? Hac ratione simplicissimus est hicce verborum Christi allegatorum sensus: *Princeps mundi, in incredulos dominium exercens, Diabolus, venit contra me; parum immediate, suis machinationibus astutis, suis tentationibus acutis, suis infidiis temerariis, mili ægrè facturus, meque devicturus, prostratus, ac perfundatur;* partim mediate, per Ministros suos, me captivum ducturus, convitiis proscissurus, internectioni traditurus, ac funditus extiteratur. Sed in me non habet quicquam, superare sc. me non poterit, ipsi potius terga dare mox cogetur. (5) Urget quidem Cephas p. 28 proxime subseqwentem Christi sermonem, *Joh. XIV. 31: Ut cognoscat mundus, quod diligam Patrem - -, surgite, eamus hinc.* Ecce! ait, Christum abiisse ad locum, ubi proditus, ac Judæorum Primoribus traditus fuit, ut cognosceret mundus, i. e. juxta ipsum, populus Judæus, quod Patrem diliget. Ergo, per Principem mundi mil altud, nisi Magistratum Judaicum, intelligi, quippe cui traditus fuit. Verum enim vero, ut taceam, absque causa, mundi vocem ad solos Judæos trahi, cum potiori jure tota cohors implorum, tam ex Judæis, quam ex Gentilibus, delineari videatur, nullam video consequentia necessitatem: Christus abiit ad locum, quo proditus & Primoribus Judæorum traditus fuit. Ergo verbis præcedentibus per Principem mundi non Diabolus, sed tantum Synedrium Judaicum innuitur. Imo

D

quia

quia Diabolus in ipso horto Gethsemane contra Christum insutrexit,  
recte quoque Diabolus Principis mundi nomine indigitatur.

§. XV. Pedem ulterius Cephas noster, p. 28. sq., promovet ad  
novum Christi effatum, Job. XVI. 8: Princeps hujus mundi judicatus  
est. Hic per Principem mundi non Diabolum, sed Synagogam tantum,  
vel rectius, Magistratum Iudaicum, intelligi autem, idcirco & prior-  
iter Salvatoris lalentiam, de expulsione Principis mundi agentem,  
non nisi de Magistratu Iudaico loqui, opinatur. Verum fallit Inter-  
pretem novum, eō minus mirari subit, quo certius falsa hypothesis  
instituitur, ac incertum, imò falsum, per æque incertum, & falsum pro-  
bare gestit. Ne interim gratis hæc videamur dixisse, ac Exegetæ no-  
stro injuriam intulisse, age, filium ejusdem seqvamur, totamq[ue] ma-  
chinam funditus dejiciamus, evertamus. Citat tempore Cephas, & con-  
templatur sermonem Christi, ex Job. XVI. av. 8. usque ad undecimum  
inclusive. Versum 8. ita exponere amat: Spiritus S. mundum Ju-  
daicum, sive Iudeos, arguet, per Apostolos, ac argumentis invictis,  
nec non miraculis divinis, convincet: Sic enim l.c. erumpit: Wann  
derselbe / nemlich der Eröster der Heil. Geist kommt / der wird  
die Welt / wen anders / als die Jüdische Welt? / das ungläubige  
Judenthum/ straffen / i. e. redarguien/ durch die Apostel / als seine  
Werkezeuge / mit unwiederleglichen Gründen / auch häufigen/una-  
läugbaren göttlichen Wundern / weiter überweisen / überführen/  
und innerlich in der Seelen convincieren I.) um die Sünde / II.)  
um die Gerechtigkeit / III.) um das Gerichte. At vero sta-  
tim in limine gravissime hallucinatur Cephas, impingitque. Quo e-  
stiam, quælo, jure, quæ vel specie veritatis, mundi vocabulum coarcta-  
re, ac non nisi de populo Iudaico accipere conatur? De Spiritu S.  
officio epanothotico, ac redarguente, hic agi, clara luce est luci-  
dius, Spiritum S. hancce suam spartam per Apostolos obliisse, in So-  
lis disco jacet, ac ab Antagonista nostro ambabus conceditur. Apo-  
stolos autem non solum in angusto Iudeæ angulo concionatos esse, ac  
incredulos Iudeos peccati arguisse, & convincisse, sed etiam tonanti vo-  
ce sua universum, quæ patet, terrarum orbem, repleuisse, sicque  
Gentilium pariter infidelitatem, ac malitiam corripuisse, nemo negat,  
aut negare potest, quandoquidem Solis id radiis scriptum legitur,  
Matth.

Matth. XXVIII. 19, Att. XVII. 30, Col. I. 23. Conf. Cœcetum in Com-  
ment. in Joh. XVI. §. 22. sqq. Opp. Tom. IV. pag. 282. Ex his proce-  
fluit alveo, Cephe glossam omnino esse reprobandum, qva mundi vox  
ad solos restringitur Judæos. Qvia enim Spiritus S., per Apostolorum  
ministerium, tam Judæorum cœcum, qvam Gentilium catervam, re-  
darguit, & rectam in viam redigere studuit, non possunt non verba  
Christi, inqvientis: Ille (Spiritus S.,) arguet mundum, de tota ho-  
minum universitate, tam Judæis, qvam Gentilibus, exaudiri. Et qvia  
hoc examissim cum veritate concinuit, omnino fallitur Cephas, de solo  
Judæorum populo cogitans, scribensque: Wen anders als die Jü-  
dische Welt? das ungläubige Judenthum? Apposite B. Calovius  
in Bibl. Illustr. ad Joh. XVI. 8. p. m. 799. b. Convintendi, alt, de  
peccato incredulitatis erant non Judæi tantum istius temporis, sed omnes  
homines, b. 1604. mundus omni tempore, omni etate, quemadmo-  
dum Augustinus, Cyrus, & Rupertus, de toto mundo interpretantur,  
neque modus elenchi in suppliciis suis, aut in excidio Gentis, sed convic-  
tione Spiritus fieri debuit per verbum. Hæc ille?

S. XVI. Porro Exegeta novus voces: Peccatum, Justitiam,  
& Judicium, ex locis aliis, Matth. XXIII. 23. & Luc. XI. 42, qvippe  
qva parallela salutare non veretur, interpretari omnem movet lapidem,  
erumpens, p. 29: Der wird die Welt - - - straffen / d. e. con-  
vincient / I. ium die Sünde / II. ium die Gerechtigkeit / III. ium das Gerichte oder wie Matth. XXIII. 23., it Luc. XI. 42  
die parallel loca lauten / ium das Gerichte / die Barmherzigkeit /  
und den Glauben / ium das Gerichte und Liebe Gottes. Sed  
lubricis passibus Cephas inedit, qvandoqvidem citata loca pro paral-  
lelis haberi nequeunt. Queritur qvidem Christus Matth. XXIII. 23.  
de defectu fidei, exclamans: Reliquis graviora Legis -- , fidem. At  
non satis convenit fidem salvificam hic intelligere, qvia Christus ea obje-  
cit Pharisæis crimina, qva in omnium oculos incurabant, & respicunt hic  
rà Basquinæ Legis; fides autem illa non ad legem pertinet, sed ad Eu-  
angelium. Ideoque de fide erga homines, seu fidelitate in servandis  
pactis & promissis, alii nisus hic intelligere malunt, ut Levit. VI. 2,  
2. Reg. XII. 15, judicante B. Calvio loc. cit. ad h. l. pag. 405.  
Fidelitatem autem erga homines nisus vocabulo indicari, ex Luc. XI.

42; haud parum robatur, qvia enim hic non nisi iudicij, & charitatis DEI, mentio fit, cum tamen Matth. XXIII. 23, iudicium, misericordia & fides, commemoarentur, clarum, mea quidem sententia, evadit, ac manifestum, duo haecce, in Mattheo extantia, misericordiam scilicet, & fidem, apud Lucam, compendii gratia, unicâ voce charitatis DEI efferti, idque eam ob causam, qvoniام ex dilectione DEI sincera, tanquam fonte limpidissimo, amor proximi, & consequenter etiam tam misericordia, qvam fidelitas erga proximum, rivulat ad instar, emanat, r. Job. IV. 21. Sanè si per fidem intelligenda esset fides salvifica, non poterat illa, unâ cum misericordia, sub charitate DEI nomine latitare, cum charitas ex fide salvifica, non fides ex charitate profluat. Vid. Gal. V. 6. Jam ad rem! Hac ratione Matth. XXIII. 23, deplorat defectus fidei erga homines. At Job. XVI. 9. redarguendus dicitur defectus fidei erga Christum, seu incredulitas. Qvi ergo uterque locorum foret sibi invicem parallelus? Porro Matth. XXIII. 23, misericordiam nominari audis, per qvam, omne extra dubium, sublevatio egenorum, ac miserorum, exprimitur. At Job. XVI. 10. justitiam allegari percipis, per qvam justitia, sive obedientia Christi, fide nobis imputanda, innuitur. Qvi ergo haecce duo loca sibi essent parallela? Tandem utrobiusq; quidem, & Matth. XXIII. 23, & Job. XVI. 11. iudicium nominatur, at sensu iterum diversissimo, nam apud Mattheum proponitur iudicium, ab hominibus exercitum, vel exercendum, quo justè ac rite erga alios nos gerimus, jus item & justitiam recte administramus, id qvod inde manifestissime liquet, qvia, ipsa litera teste, id iudicium animo concipiendum est, qvod Pharisei relinquebant, seu negligebant, licet illud facere tenerentur, expresse dicente Christo: Hoc oportuit NB. facere. Econtra apud Johannem institutum iudicium a DEO exercendum, qvod Diabolus, cum maxima impiorum turba, experit habet, de tali enim iudicio sermo fit, quo Princeps mundi iudicatus est. Qvomodo ergo effatum Christi, apud Matthæum, alteri, apud Johannem, parakelum astimari poterit?

§. XVII. Pergit Cephas noster, proprius ad scopum collineatus, singula verba, paraphrasia sua instruere, ac qvid illa, juxta ipsius conceptum, sibi velint, ediscere. Initio ad has voces, Joh. XVI. 9: De peccato, qvod non credunt in me, observat pag. 29, præcipuum ac cardi-

◎ ◊ ◊ ◊

cardinale peccatum esse incredulitatem erga Christum, & hinc eandem καὶ ἐξοχὴν peccati nomine venire. Sed nobis id saltem hic ad-  
jicere lubet, *incredulitatem erga Christum, & peccati appellatione ef-  
ferti, & suo modo contra legem esse, qvandoqvidem omne pecca-  
tum est ἀνομία*, sive aberratio a norma legis divinæ, *i. Job. III. 4.*  
Notanter dicimus: *Suo modo, Non enim est contra legem immediate,*  
quia lex de Christo Redemptore nihil novit, neque est contra legem  
solitariè, & absque evangelio spectatam, sed est contra legem mediate,  
mediante evangelio, est quoque contra legem, *conjunctionem cum evange-  
lio consideratam, seu, (uti B. Job. Gerhardus in Harmonia Evangelist.  
Cap. 179. p. m. 1069. ed. in 4, cum aliis, magni nominis Theologis,  
loqui amat) contra legem luce evangelii collustratam.* Nempe, *Lex  
Majorem quasi format sequentem: DEus benefactor tuus à te non de-  
bet reprobari, ac sperni. Minorem Evangelium velut subiungit: At-  
qui Christus, sanguinem pro te fundens, est DEus benefactor tuus.*  
*Hinc jam Lex ultimam subiicit Conclusionem: Ergo Christus, sanguinem  
pro te fundens, à Te non debet reprobari, ac sperni, id quod eodem  
recidit, ac: non debes incredulitatis notam incurrire. At verò è di-  
verticulo in viam!*

§. XIX. Progreditur Cephas ad iustitiam, cuius gratia dicitur  
mundus redarguendus, hanc verbis Christi mentem affectas, affin-  
gensque, mundum à Spiritu S. correptum iri, propter iustitiam, seu,  
(ex opinione Exegetæ nostri) misericordiam, quia misericordie opus non  
amplius Christo, absunt sc. ad Patrem, sed saltem membris Christi, im-  
postorum sit exhibendum. Verba ita sonant, p 30.: *Um die Gerech-  
tigkeit (Sec. Matth. Barmherigkeit / Sec. Luc. Liebe Gottes, daß  
ich zum Vater gehe/ und ihr mich fort nicht sehet: Folglich die  
Gerechtigkeit Barmherigkeit / Liebe Gottes / mit einem Wortes/  
die charité, gleichwie sie von der Welt/ oder dem Judenthum/ in  
den Tagen meines Fleisches gar schlecht an mir erwiesen worden/  
also auch ferner hin/nicht an dem Messias - - - als der ihrer Hülfe  
weiter nicht brauchte/ sondern/ staat seiner/ an seinen Gliedern/aus/  
zu leben sey/weil sein Reich nicht von dieser Welt wäre/ i. e. Er  
nicht bey ihnen als ein sichtbarer König herrschen würde/ sondern  
Er zum Vater gehe/ und sie Ihn hinfort nicht mehr sehen wür-  
den:*

¶ ) o ( ¶

den: Also in Zukunft ihrer Liebes-Dienste so wenig nötig habe als geniessen könne. Verum enim vero exclamare cogimur; & dèr iżt; t Nam [a] incidit *Autor* in illum labyrinthum, ex quo nos eum jam extraximus. Studet nimirum præsens, circa quod versamur, dictum, ex aliis, apud *Mattheum*, Cap. XXIII. 23., & *Lucam*, Cap. XI. 42. tanquam parallelis, explicare, sive justitiam, hic memoratam, per misericordiam, vel charitatem, efferre. At effata Christi, apud *Mattheum*, & *Lucam*, huic nostro non esse parallela, modo dedimus demonstatum, §. XVI. Pariter mundi vocem ad solam gentem Iudaicam restringere audet. Sed de toto infidelium coetu, tam ex Iudeis, quam Gentilibus confitato, sermonem hic fieri, Job. XVI. 9. sqq.; itidem invitis antea ostendimus documentis, § XV. (B) Interpretatio Cepha vix justa gaudet cohesione, vix quoque scopo Textus consonat. Ita enim Christum introducit loquentem: Spiritus S. redarguet mundum de justitia, seu misericordia, vel charitate, quod illam imposterum non erga me, quippe qui jam mundo valcdico, sive nulla amplius compassione opus habeo, sed saltim erga membra mea exercere tenetur. Enim vero hujus rel ad animum revocatio spectat, non ad officium Spiritus S. epanorthoticum, sive redarguent, sed potius ad officium didascalicum, seu docens, cum tamen h. l. Spiritus S., imprimit ut redarguens fulmine suo mortalium pectora tangens, eademque incredulitas, & criminum convincens, sistatur, ipso Cepha non negante. (y) Non de misericordia, quam Cephas crepat, sed de justitia Christi, seu tota ejus obedientia, tam activa, qua Theologis vocatur, quam passiva, sermonem institui, quilibet facile animadvertis. Hæc justitia à Iudeis non solum, sed & Gentilibus spernatur, ac repudiabatur, quandoquidem doctrina evangelica, de justitia Christi imputata, Iudeis scandalum, Gracis vero, i. e. Gentilibus, stultitia erat, 1. Cor. I. 21. Hinc Spiritus S., per Apostolos, mundum eapropter redarguere, corrumpere, reprehendere, ac stultitiae suæ convincere dicitur. Lucidissime id emicat ex subjecta ratione: *Quia ad Patrem vado. Integer enim sensus non potest non hoc abiire: Quia post passionem ac mortem, pro singulis mortalibus praestitam, sive post justitiam hominibus impetratam, in cœlos ascendam, & ad dextram Patris considebo, ipso hoc abitu declaratus, me legem perfectissime implevisse, justitiam divinæ exactissime satisfecisse*

¶ ) o ( ¶

fecisse, justitiam desperitam dexterime restituisse, ac Deum hominibus felicissimè reconciliasse, idèò Spiritus S. mundum redarguet, ac stultitiae sua convinet, qua *Judaici*, contenta justitia Christi, ad propriam justitiam confusiebant, *Rom. X, 3*, pariter atque *Gentiles* solummodo de operibus virtuosis, iuxta reclam rationem factis, gloriabantur. vid. *Job. Gerharai Harmon. Evangelist. Cap. CLXXIX. p. m. 1073, 99.*

S. XIX. Denique Cephas ipsum ostavum aggreditur verbum, ratus hisce verbis: *De judicio, quod Princeps mundi judicatur est, nihil aliud, nisi id innui, disjudicationem Synagogæ, ac abjudicationem causa ipsius, actu in cœlis peractam, Christum pro vero Messia, ac Filio DEI declaratum, opinionem Cleri Judaici, de regno Messiae terreno, tanquam erroneam, ac falsam, condemnatam, imò periodum regimini Sacerdotum, Pharisæorum, ac Legisperitorum, seu Principis mundi, fatalem terminum & finem consecutam esse, adeò ut, ad majorem hujus rei certitudinem, regnum à Synedrio tollendum, illudque ipsum expellendum sit.* Ita enim sententiam suam Autor proponit, p. 30. § 3.  
Ulm das Gerichte / das der Fürste dieser Welt gerichtet ist / i. e. das das Gerichte / und Verurtheilung der Synagoge im Himmel ergangen / sich in selbigen vor den wahren Messiam und Sohn Gottes declararet / der Jüdischen Clerisy opinion, von einem weltlichen Reiche / ihres vermeinten Messia, als irrig und verfährerisch verdammet / und da mein geistlich himmlisches Königreich / bereits seinen gesegneten Anfang genommen / der periodus der Regierung der Hohenpriester / Pharisäer und Schriftgelehrten / so die Jüdische Clerisy präsentirten / und formirten / mit einem Worte / die Regierung des Fürsten der Welt auf dem Stuhl Moses / aus / und zu seinem fatalen Ende kommen / wie dann zu dessen mehrerer ungezwieffelter Gewißheit solches Reich von Ihm genommen / und sie ausgestossen werden solten / &c. Verum enim verò si dictatoriam Cephae autoritatem demis, nihil remanet, quod vel fucum quidem quendam conciliare aptum natum est. Nam (a) novitiam hanc expositionem omni indignam esse adplausu, vel inde patet, quia per Principem mundi h. l. intelligi nequit Princeps solius populi Judaici. Id vero inde firmiter comprobatur, quia per mundum h. l. intelligi nequit solus populus Judaicus. Et hoc ulterius omnem extra dubitationis notam ponitur,

quia hic v. II. mundi voce id designatur, quod eodem mundi vocabulo designatur, v. anterioris. Nam mundus ille erat redarguendus à Spiritu S., qvi in iusto Principi suo magis adhærebat, quam legitimo Domino. Jam autem non solus populus judaicus, sed universa infidelium, tam Judæorum, quam Gentilium, cohors, hic, v. II. mundi voce designatur, quandoquidem Spiritus S., per Apostolos, tam Judæorum, quam Gentilium, infidelitatem, atqve criminum atrocitatem justa censura notare, & repugnantes in viam veritatis ac justitiae velut extrudere adlaborabat, uti jam supra §. XV. ostendimus. Ergo non solus etiam populus Judaicus, sed universa infidelium, tam Judæorum, quam Gentilium, cohors, hic v. II. mundi voce designatur. En! sic fortissime, n̄ fallor, corroboratum est, ac adstructum, per Principem mundi h. l. non posse intelligi Principem solius populi Judaici. Quidam enim per mundum, cui Princeps tribuitur, non denotatur solus populus Judaicus, neque per Principem mundi denotari posse Principem solius populi Judaici, indubium est. Et quoniam hoc indubium est, ruit ac corruit tota novitiaz interpretationis moles. Nam, si per Principem mundi, non denotari potest Princeps solius populi Judaci, sequitur, quod per Principem mundi h. l. non denotentur Primiores populi Judaici, quandoquidem hi non nisi in solum populum Judaicum tenebant imperium. Atqvi verum est prius, juxta haec tenus demonstrata. Ergo verum est etiam posterius. Porro, si per Principem mundi non indigitantur Primiores populi judaici, sequitur, quod per judgementem Principis mundi non possit indigitari causa Primorum abjudicatio, decisioqe divina, contra hosce Primiores, id quod ipsorum terminorum luce radiat. Atqvi verum est prius, quod per Principem mundi non indigitantur Primiores populi Judaici, uti mox mox evicimus. Ergo verum etiam est posterius, quod per judgementem Principis mundi non possit indigitari causa Primorum abjudicatio, decisioqe divina, contra hosce Primiores. Judica iam, quisquis es, annon satis sic destructa sit novitia Expositio, quam quoque Cephas nullis fundamentis suffulcivit, sed sola sua autoritate communivit. (B) Rectissime vero per Principem mundi intelligitur Diabolus, fatente etiam Petro Poffino in Spicilegio evangelico p. m. 106, hisce verbis: Princeps mundi Diabolus est, sic dictus a Christo, Joh. XII, 31, XIV, 30, a Paulo ad Ephes, II, 2.

¶ 30 ( ¶ )

II. 2. Hic dicitur *judicatus*, quatenus non solum sententia DEI judicialis, *huc rediens*, Sarana nihil amplius juris, aut potestatis competere in homines, sanguine Christi redemptos, contra eundem lata, sed etiam ipsa illa executioni data est, quando per mortem Redemptoris Diabolus devictus, potestate sua exutus, & jure mortis, quod habebat in genus humanum, orbatus fuit, *Ebr. 11. 14.*, adeo ut in neminem imperium amplius teneat, nisi in eum, qui repudiato Christo, Victore mortis & Diaboli, *le ultro hosti infernali mancipare*, ejusque dominio subjecere gestit. Manifestum ergo est ex *Joh. XII. v. 31.* & *Joh. III. 8.* Christum loqui de illo judicio Diaboli, non quo post apostasianam DEO *judicatus* est, vel quo in extremo die *judicabitur*, sed quo per passionem & mortem Christi fuit *judicatus*, & captivi ex regno ejus liberati, imitor lingam *B. Jo. Gerhardi in Harmonia Evangelist. Cap. 179. pag. m. 1078.* Qyoniam vero mundus, seu caterva impiorum, hocce judicium divinum inficiabatur, ac Diabolo potius, quam Christo, Judici, ac Victori Diaboli, servire expectebat, hinc Spiritus S. mundum debebat arguere de judicio, invictis que demonstrare argumentis, Diabolum esse *judicatum*, ac *priacipatu*, quod propter peccatum in genus humanum exercebat, privatum, Christo vero Triumphantori omne dominium in celo & terra cessisse, atque adeo nos Diabolo per peccata, sed Christo per justitiam servitus debere. Haud male *Jo. Clericus dans le nouveau Testament ad b. 1. p. m. 318.* scribit: *Il parut, que Dieu avoit condamné les Demons à voir détruire l'empire, qu'ils avoient sur les hommes; parce que par la predication de l'Evangile on vit diminuer & l'idolatrie, & les mauvaises mœurs, par le moyen desquelles les Demons regnoient sur les hommes.* Ceterum peculiares in hocce dictum meditationes *Possini l.c. p. 98 sqq.* &, qui eum presso sequitur pede, personati *Amelii in der Erörterung der dünnesten Schrifft Stellen Neues Testaments Tom. II. p. 74. sqq.* hic exutere nec vacat, nec opus est.

§. XX. Sed gloriatitur Cephas quoque pag. 40, effato divi Pauli *1. Cor. II. 6.* Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam vero non seculi hujus, neque NB. Principum Seculi hujus. Add. v. 8. At vero nihil inde in Nostrum redundat commodi. Licer enim non faciamus cum Hieronymo, Estio, aliisque, apud Polum in *Synops. Critic.* ad b. 4. p.

m. 333, nomine Principum Seculi hujus, Demones intelligentibus, sed potius ingenuè largiamur, Principes Seculi hujus hic esse Iudaeorum Sapientes, sive Primores, Scribas & Pharisæos; Attamen propterea palmam minimè porrigerem tenemur, ac fateri, qvod per Principem mundi, tribus apud Johannem vicibus commemoratum, nil nisi Magistratus Judaicus, vel Collegium imperantium, designetur. En enim diversitatis ratio! Hic i. Cor. II. 6, 8. oculis mentique obversantur Principes seculi hujus, in plurali, id qvod Ipse Cephas observat, monens, in fontibus legi: ὁ ἀρχων τῆς οἰκουμένης, ὁ θεός τῶν θεών, Die Fürsten der Welt. Econtra alibi, apud Johannem, proponitur: ὁ ἀρχων τῆς οἰκουμένης, Princeps Seculi hujus, in singulari. Hic per verba v. 8. adjecta, qvibus Principibus seculi hujus crucifixio Christi tribuitur, manifestum evadit, sermonem proximè esse de Iudeorum Primoribus, qvippe qvi iteratis suis petitionibus, ac sollicitationibus id tandem efficiebant, ut innocentissimus JESus capitali crucis suppicio mulctaretur. Econtra alibi nihil plane reperitur, qvod Senatorum Judaicum intellectui nostro præsentare poterat. Qvin imo ex visceribus Textus id omnium lucidissime educi, qvod Princeps mundi sit Diabolus, seu diabolica turmæ Primicerius, antea dicta copiofissime loquuntur, & testantur.

S. XXI. Post hæc provocat ad Oraculum Esianum Cap. XXIV, 21: Sederit in die illo: visitabit Jehova exercitum altitudinis in altitudine &c. Prolixam hujus loci paraphrasin instituit, ac inter alia exercitum altitudinis in alsitudine, vel, juxta versionem B. Lutheri, die hohe Ritterſchafft, so in der Höhe sind / exponit de Clero judaico, ac Senioribus, verbo: de Synedrio Iudeorum magno, in alto Zionis monte, ac speciatim in atris Templi congregato, ac sedente. Nos probe gnari sumus, Interpretum digitos hic minime existere æquales, sed tot fermè, in nodo hocce enodando, occurrere sententias, qvot capita, qvarum nonnullas incomparabile Argentoratensem decus, ac sacrarum literarum Scrutator felicissimus, Sab. Schmidius, in Commentar. in Es. b. l. p. m. 213. congerere adlaboravit. Etiamsi itaque, salvo aliorum, rectius sentientium, judicio, persuasi sumus, v. 20 vaticinium contineri de haud multò post secuturā Iudeorum captivitate Babylonica; & porrò v. 21, prædicti ac nunciari tristem ca-

sum

sum exercitus altitudinis cum altitudine , h. e. Exercitus celissimi Chaldaeorum Regis , cum ipso Rege, nec non Regum terra cum terra, h. e. Regum , Monarchæ Babylonico subjectorum , cum suis copiis, quod nimirum tam fortissimum Regis Chaldaici exercitum, una cum Rege suo potentissimo, quam Reges minores, Babylonico Monarchæ subditos, una cum suis copiis , gravissima DEI supplicia tandem sint mansura ; Verju vero zz. enarrari , interfectos, ac à DEO gravissime punitos , in terræ gremium , qvoad corpora demortua , per satis longum temporis spatium , coniiciendos , & quadam tenus quieturos esse, in extremo tamen judicio , eosdem hosce , ratione corporum , haec enim quietescientium , iterum visitatum Iri , DEO corpora resuscitato, illaque, una cum animabus , corporibus redditis , in barathrum aeternæ damnationis præcipitatu, ubi tum , secundum v. 23, Sol & Luna peribunt , DEusque , tanquam Rex glorioissimus , super beatos coelites regnabit ; Etiam si , inquam ita perivasi sumus , Dn. Cepha tamen hic suas cogitationes , analogiz qvippe fidei non contrarias, facile relinqimus , sicqve illos absqve instituta discussione lubenter prætermittimus , licet vix , ac ne vix qvidem inducamur , ut credamus , Collegium LXX Assessorum titulo exercitus altitudinis venire , cum vox : Exercitus , multitudinem qvandam numerosiorem soleat involvere. Non possumus interim , qvin id unicum tantum adjungamus , stante Cepha expositione , nullatenus evinci , vel qvadam duntaxat probabilitatis specie affirmari , quod per Principem mundi , apud Joah-nem , nil nisi Synedrium Iudeorum magnum intelligi oporteat. Sit enim ita ! veniat nomine exercitus altitudinis , Synedrium Iudeorum ! Qvomodo inde ad Principem mundi licet concludere ? Qvomodo dicere , Principis mundi nomine itidem nil nisi Synedrium Iudeorum venire ?

S. XXII. Denique haud parum præsidii in eo Dn. Autor videtur constituere , quod per mundum sapissime mundus iudaicus , seu Iudeorum populus , designetur. Hinc in integro Opusculi sui ambitu, imprimis à p. 20. sqq. varia Scripturæ dicta coacervat , ibique mundi vocem, ad Iudeorum Gentem trahit, inde id lucraturus, per Principem mundi nil nisi Primores populi iudaici insinuari. Sed & hoc Cepha solatium facillime evanescit. Nam (1) multa ex citatis dictis,

plane invito Textu , coarctantur , ac ad solam Iudæorum Gentem , vi  
 quadam , rapiuntur , cuius duo specimina protulimus in Praefat. pag.  
 2 , plura subiecturi , si opus esset . (2) Ad minimum Christus , Joh.  
 XII. 31. Nunc judicium est mundi hujus , omnino optime exaudiri  
 potest de integra incredulorum ac impiorum caterva , tam Iudeis ,  
 quam Gentilibus , quandoquidem tam Iudei , quam Gentiles , in incre-  
 dulitate , ac impietate perseverantes , iustam condemnationis judici-  
 um non erant effugituri . Confirmatur id quoque ex Joh. XVI. 8 , ubi  
 mundi vocabulo , & Iudæorum & Gentilium cohortem comprehendit ,  
 ex textus vñsceribus comprobavimus supra §. XV. Ex quibus id col-  
 ligere est , Principem mundi perperam à Cepha pro Magistratu Ju-  
 daico accipi . (3) Etiamsi autem vel maxime nullibi non Scriptura ,  
 mundum nominans , ad solam Iudaorum Gentem collinet ; Min-  
 ime tamen Cephas habet , quod vult . Hæc enim consequentia splen-  
 dide imponit : Per mundum ubique intelligi debet populus Judaicus .  
 Ergo per Principem mundi debet intelligi Magistratus populi Iudaici .  
 Cur enim non mellori jure Diabolus Principis mundi nomine insigui-  
 retur , qui in Iudeos incredulos dominabatur , ac eosdem pro lubitu  
 in varia criminum genera præcipites agebatur , Joh. IX. 44 . Et hæc ,  
 haec tenus dicta , ad enervandam novitiam Cephae interpretatio-  
 nem sufficere judicamus . Hinc nil restat , nisi ut detur ,  
 conspirantibus votis ,

*SOLI DEO GLORIA!*



Orna-

*Ornatissimo atque Per - Erudito  
DN. WILLIO,*

Respondenti hujus Dissertationis  
Solertissimo.

*fauſta quævis preeatue*

*ALB. JOACH. de KRAKEVITZ, D.*

**N**ulum est studium, qvod majorem secum affert utilitatem, qvam Biblicum S. qvod Sacris impenditur literis, haec qvippe hominem DEi five Theologum ad omne bonum opus peragendum perfecte instruere valent. Dum itaque studiorum saecorum rationem redditurus, Politissime DN. WILLI, thema elegisti exegeticum, teqve haud ita pridem in Lectionibus meis publicis iisdemque Exegeticis Auditorem observaverim Perindustrium, recte me colligere automo, Sacra Tibi Biblia præprimis curæ cordiqve esse. Gratulor Tibi ex animo optimam hanc Theologica tractandi rationem, publicumqve, qvod jam edere paratus es, diligentia Tuæ Academicæ specimen; cumqve reliqvas Theologiam addiscendi rationes nequaquam contemptui habeas, Ecclesiæ Orthodoxæ præclara ex studiis Tuis speranda promitto emolumenta. Faxit Gratiissimum Numen, ut omni divina benedictione ditatus, metam præfixam feliçissimè attingas. Dabam Rostochii d. 19. Junii ,  
A. S. R. MDCCXX.

E 3

*Nobi-*

¶ 10 ¶

NOBILISSIMO ac PRÆCLARE DOCTO  
Domino WILLIO,  
Dissertationis præsentis Autoriac Defensorieruditissimo,  
salutem precatur omnigenam

JO. JOACH. WEIDENERUS. D.

**H**udemum, ut probe nosti Amicissime Domine WILLI, vera studia in sui fructum ac usum, excoluisse, dicendi sunt, quos apud astimum solidioris eruditiois acquisivit vires ingentias, ut cum die af DEO amplificatum eant illud omne, sine quo tam intellectus & arduis ejusdem cogitationibus, quam voluntati & piis insimul ac sinceras meditationibus, consuli nequit: Quam vera namque sunt complecens isti saniorum dogrorum, sive ad fidem, sive ad mores efformandos, revelata, inque usum cum aliorum, cum & consimiliter nostri solerter acquisita, (inanis etenim merito habenda est disceptatio istorum, qui ex virtute & neglecta applicatione hujus aut illius, veritatibus ipsis, maculam, defectus ac squalidam inquisitionem affricari ausi sunt) tam multum etiam proba felicitatis, more & foenore suo, largius erogant istis, quorum, ut omnino interest, propior ac specialis cura vergit in hoc, ut quod alitis dilucide, terfuss ac fideliter communicare & in emolumenium fidei ac morum salubrius convertere didicerunt, sibimetipsis, in eundem fructum & gratius studiorum redbstinentum, perpetuum prestat, ut sic sub auspiciis DEI, via incedere regia, infallibilem scelari Ducem, exactam applicare normam, sibimet præcipue valeant & sic ubi- uis prosperentur.

Omnia hac, ut ad metam deducantur, Dilectissime WILLI, Tuus elrigitus candor, talem Te inveni, Talem Te judicio! cum & tot in Disputationibus, sub presidio meo ventilatis, industrias ac probitatem tuam adamare cœpi, eadem moratiorum pia & acceptissima fulcræ suffulcient prosperrime presentem disputatorium alcum, quo adversus mundum Criticorum strenue decernis. Neque olim defereris, Quid DEum Tuum sincere colis & pietatis non fucata omnibi publicas documen- ta; Scimus etenim, quod illos, qui diligunt DEum, omnia co- perentur in bonum. Rom. VIII. 28. Vale! Scrib. in Museo Anno MDCCXX, die XX. Junii.

LECTO-



# Lectori Benevolo!

Xaīēiv n̄ḡ t̄n̄ x̄c̄t̄l̄v !

**I**Neubuit hactenus Vir juvenis Praeclariss. atque doctissimus DN. WILLIUS, Gedanensis, in Varniaco nostro Musarum emporio bonis literis, ac præsertim studium Theologicum excolere in de-liciis habuit, sedens ad pedes charissimorum Gamalielum suorum, ac ex illorum ore doctrinas sacras, è limpidissimo Israëlis fonte, verbo sc. divino, haustas, percipiens. Testes oculatos adhibitæ industræ agunt Doctores ipsius, ac Præceptores, qvorum fidelis usus est manu-ductione, hos vero omnes, unanimi votorum conspiratione, egre-giam debita: ingenuitatis laudem Nostro tribuere, certissime persuasus sum, qvandoq;idem veritas ipfa favorable testimonium perhibere imperat. Meis certe, qvas studiosæ juventutis commodis dicavi, Le-ctionibus tam philologicis, qvam theologicis, theticis, moralibus, di-putatoriis, alisqve, opera nunq;am delassata, interesse gavilus est, ut non possim, qvia in illo diligentiam, attentionem, modestiam, discendiq; ardorem deprædicem, collaudem. Nec minus vitam ges- sit Theologiae Cultore dignam, adeò ut, quantum mihi qvidem con-stat, à vitiis ac criminibus, conscientiam sauciantibus, more Christia-no abstinuerit, & è contrario pietati, moribusq; decentibus rite li-tarit. Degunt sèpè in Academijs inutilia terræ pondera, lurcones, comedones, commissatores, Bacho se mancipantes, variisq;e flagi-tiorum generibus se coinqvstantes, digni, qvi ad Indos & Garaman-thas relegentur, & tanq;am putrida membra à corpore Academicō ab-scindantur. Inter hos vero WILLIUS noster nomen nunq;am est pro-fessus, sed sicuti à sceleribus peccatis, ita etiam à scelerum Autorib; uictimis, toto abhorruit animo, probe gnarus, se aliquando justo judi-ci justam reddere debere singulorum facinorum rationem. Qvoniama autem iussu optimorum Parentum ex Alma Rostochiensi in Patriam amantissimam Nostro redeundum jam est, statuto nostro Academicō, huc redeunti, ne aliquis sine studiorum specimine discedat, morem ge-re, ac ante abitum, qvem parat, publicè in arenam disputatoriam descendere amayit. Et cum ipse lacter haud vana, spartam suscepitam egregiè ab ipso ornatum sit, nihil restat, nisi ut summum Numen cali-dissimis venerer precibus, velit WILLIUM nostrum nunq;am non bla-nida gratia sua clementissime refocillare, cunctosq;e ejus cona-tus

tus ita perpetui moderari, ut tandem aliquando portum, quem sibi  
propoluit, ex voto conseqvatur, DEOqve & Patriæ inservire occasio-  
nem nanciscatur. Ep̄w̄se ! Dabam Rostochii, ex musæo, An.  
MDCCXX. die 22. Jun.

Disp. WILLIANÆ

PRÆSES.

*Nobilissimo Clarissimoqve  
DN. RESPONDENTI,*

Fautori & Amico meo Honoratissimo.

**Q**ue S. S. Theologie Cultorem & ornant & commendant, duo præcī-  
piū sunt: afflana in Studiis diligentia & in vita pietas non in-  
fucata. Ita animum iis, que olim Ecclesiam docere ipsim opor-  
rebit, feliciter imbueret; hac uberioris Studiis suis incrementum desuper  
conciliabit, hominumque majorem merebitur favorem. Haec igitur vir-  
tutes cum in Te, Optime WILLE ! deprehensa & observata semper fue-  
rint, eam apud nos consequitus laudem es, qui, quorumcunque interio-  
rem in notitiam venisti, omnium consensu & suffragio, genitini ac Inge-  
nni Sacrorum Studiorum Cultoris exemplum habeare. Inculpabilem  
contradicente nemine, apud nos vitam duxisti, Literarum autem Stu-  
diis sic invigilasti, ut singularem in Te cognitionis & scientia, cum  
primis Theologicæ, cupiditatem animadverterent, quorum usus es insti-  
tutione. De quo eo certius testari potero, quo avidius Te plerasque  
cum Philosophia, tum Theologia partes in Scholis meis haurientem vidi.  
Neque frustra Te tantum opera diligenterque in Studiis posuisse, in exa-  
mine controversiarum à Fanaticis recentioribus, speciatim Dippelio, mo-  
zarum, sive Opponentem ageres sive Respondentem, abunde mihi pari-  
ter ac Committonibus nostris probasti. Cumque nunc iterum dotes tuas  
& indefesso studio, quadriennii propemodum apud nos transacti spatio,  
comparatam doctrinam specimine quodam publico explicare ac demon-  
strare satagit, habeo, quod ex animo Tibi gratuler, DEum precatus, que-  
zum hisce solium, sed & reliquis in posterum conatibus tuis cœlestem largi-  
sime concedat benedictionem, ut & Patria ornamento, & Ecclesia com-  
modo sis futurus. Vale ! Ser. Rostoch. d. 21. Jun. Anno 1720.

Cl. T.

addictiss.  
FR. ALB. AEPINUS.

¶ ) o ( ¶ 4  
**A**ch Jammer ! Ach Elend ! Ach klägliche Zeiten !  
Was hört man und sieht dem Zion bereiten ?  
O zorniger Himmel ! Die schrecklichste Noht :  
Das Babel ! das Sodom ! dräut nichts als Tod !  
Die höllischen Schwärmer die trohen und pochen !  
Seht ! wie sie Gifft / Schwefel mit Höllen-Branden lochen !  
O Schmerzen ! des Höchsten hochheiliges Wort /  
Wird gottlos verkehret dem Zion zu tort.  
Ein jeder / O Bosheit ! der will es verdrehen /  
Und dadurch vor andern sich trozig erhöhen.  
O höllische Rühnheit ! O Teufflischer Scherz !  
Du plagest und nagest der Gläubigen Herz.  
Doch stille ! ihr Feinde ! troht ! stürmet die Mauren !  
Wer weiss es wie lange eur Trothen wird dauren ?  
Es lauren ohn Trauren viel Helden allhier /  
Die werden schon fechten / wer ? und wo fragt ihr ?  
Ey ! kennt ihr nicht ROSTOCK die Zierde an Norden ?  
Was ! sind hier nicht streitbare Ritter in Orden ?  
Wie blithet der Theure von KRAKEVITZ doch ?  
Ja wahrlich / ich meyne / ER schrecke euch noch !  
Beschaut mahl den WEIDNER den tapferen Helden /  
Und wartet / was ER euch vor Freude wird melden.  
Erzittert da ihr noch den ENGELECKEN seht  
Der alle chymären wie Stoppeln verwehst.  
Doch denkt nicht dass diese alleine hier wohnen /  
Es sitzen gekrohnnet auff prächtigen Thronen /  
Der KOEPKEN , ÆPINUS der streitbare Mann /  
Die werden schon zeigen was ROSTOCK noch kan.  
Der SCHOTTER , der BURGMANN , der wachsame  
BECKER,  
Der ARENDS und andre das sind die Bedecker !  
Die wachen und bechten für Zion zu GOTZ /  
Dass ER es befreye von diesen Complot.

Drum

Drum speyt nur ihr Schlangen und gressliche Drachen  
 Gifft! Schwefel! Bliz! Hagel! aus offnen Nachen!  
 Schrent! rüsst und blaset zum Zetter-Allarm!  
 Stärkt! stärcket! erfrischet den wütenden Arm.  
 Kommt träumende Geister! gereizete Kröten!  
 Ihr werdet doch trau ich das Zion nicht tödten;  
 Denn unsre Helden sind darauff bedacht  
 Zu schwächen zu brechen eur listige Macht.  
 Erweget wie Sie nicht nur ritterlich streiten!  
 Schaut wie Sie noch täglich viel Streiter bereiten!  
 Wolt ihr zum Exempel nur einen heut sehn?  
 Ihr könnet bald zu der Catheder hinghn.  
 Da findet ihr einen der blühenden Jugend/  
 Der reichlich geschmückt mit Weisheit und Tugend/  
 Der hat sich schon öfters im Streiten probiert/  
 Und wie sichs gebühret gar loblich geführt.  
 Der achtet nicht Mühe / kein saures Bestreben!  
 Weil Er sich beständig den Musen ergeben.  
 Deswegen ihr Schwärmer! lauft eilist von hier!  
 Man wird euch schon lohnien nach Recht und Gebühr.  
 Er aber Gehörter sey von mir gepriesen  
 Wie ER sich in Rostock so rühmlich erwiesen!  
 Doch! jeder der weis es/ erkennets auch frey:  
 Das unser Herr Wille ein Tugend-Bild sey.  
 Drum schweig ich gar gerne weils andre gezeigt  
 Wie Er sich zum Füssen der Lehrer geneiget.  
 Ich wünsche nur ferner Glück / Seegen und Heyl/  
 JEHOVA sey Sein recht beständiger Theil.  
 Mit diesen geringen Zeilen hat dem Herrn Respondentis  
 als seinen hochgeschätzten und vertrauten Freunde / zu  
 Bezeugung seiner Ergebenheit eilist gratuliven / und  
 zugleich seine beständige Affection versichern wollen  
 M. THEOPH. CHRISTIAN. Schwollmann.  
 Aus Lippstadt in Westphalen.

00 A 6321





3

Sl.

Fl. 82

102





6

*DISPUTATIO<sup>VS</sup> EXEGETICO-  
THEOLOGICA,  
DE  
EXPULSIONE  
PRINCIPIS MUNDI,  
JOH. XII, 31.  
Novitiam personati CEPHÆ exegesin  
destruens,*

Qvam,  
CONSENSU BENEVOLO MAXIME VENERABILIS FACUL-  
TATIS THEOLOGICÆ,

PRÆSIDE  
**HERM. CHRISTOPH.**  
*ENGELEKEN*  
PHIL. & SS. TH. DOCT. HUJUSq; PROF. PUBL. ORD.  
NEC NON AD ÆDEM JOH. PAST.  
IN ALMA ROSTOCHIENSIS  
eiusque

*Auditorio Majori,  
horis antemeridianis solitis, Anno Christi MDCCXX. die XXVI. Junij  
publicæ placidaeque oīgōloγjōw discussioni  
exponit*

**LEONH. BRANDANUS WILLE,**  
GEDANENSIS.

ROSTOCHII, Typis Joh. Weppeling, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.